

# COMPENDIUM INSTITUTIONUM D. JÚSTINIANI IMPERATORIS LIBER IV.

## T I T U L U S I.

*De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.*

1767 **D**elicium in genere est libera, & exterius sensibilis transgressio legis Divinæ, vel humanæ. Ita Gleble Tom. I. Jurisp. terrib. p. 1. cap. un. §. 1. Ratio est: quia in sensu Juris delictum consideratur, aut ad effectum restitutionis, in foro externo facienda, aut ad poenam temporalem infligendam. Unde

1768 Sequitur 1. Incutam bombardæ explosionem, quâ homo occisus est, habere rationem delicti Juridici; Franz. h. t. p. 1. §. 4. n. 6. Ratio est: quia hæc cædes explodenti est indirectè

voluntaria, cum explosio, ex qua ipsa est secuta, directè sit intenta.

Sequitur 2. Cogitationes in sola mentis operatione subsistentes, in foro externo nullam poenam mereri. L. 18. ff. de pœnis. Boehm. de delict. privat. n. 2. Ratio: quia hæc regulariter neque privatum neque publicum lèdunt.

Dixi: In sola mentis operatio ne subsistentes: nam conatus, in actum externum deductus, atque ad delinquendum directus, ab omni poena liber non est. laud. Boehm. n. 3. Ratio: quia talis

talis conatus est sensibilis legis transgressio.

<sup>1771</sup> Dequiritur 3. Actus quosdam malos esse intrinsecè sed radicáliter, hoc est: exigere ab Auctore naturæ DEO T. O. M. prohiberi. v. g. omnia delicta contra præcepta Decalogi (excepto præcepto de Sabbatho sanctificando) at formaliter malos esse non aliter, quam per relationem ad legem prohibientem. Franz. loc. cit. n.

<sup>1772</sup> Delictum 1. abit in verum, quod ex proximi delinquentis committitur, Boehm. loc. cit. n. 14. aut prout explicat Franz. loc. cit. n. 9. stante aut directâ intentione alterum lädendi, aut viâ damno non sufficienter præclusâ, & delictum quasi tale, seu factum, ob quod Jura cuidam culpam imputant.

<sup>1773</sup> Delictum 2. dividitur in publicum, & privatum, illud est, quo Resp. principaliter läditur, v. g. homicidium, hoc, quod interesse privatum tantum offendit, v. g. injuria. Lauterb. ad ff. de privat. delict. §. 9. Delicti privati quatuor sunt species, furcum, rapina, damnum injuria datum, & injuria.

Prima itaque species delictorum privatorum est furtum, seu delictum privatum, quo res aliena, invito domino, lucri causâ fraudulenter contrectatur. Ita Lauterb. ad ff. de furtis. §. 3.

Unde Colligis 1. Furtum apud Romanos esse delictum privatum, quia censebatur tantum privatum interesse lädere, at hodie est publicum Brunnen. proc. Inquisit. cap. 9. n. 28. Ratio est: quia pro ratione quantitatis hodie furto poena publica laquei est præfinita.

Colligis 2. Per rem alienam quoque intelligi jus quodcumque alteri competens Boehm. loc. cit. n. 8. Ratio est: quia etiam hoc casu furti essentia concurrit.

Colligis 3. Furtum non fieri, domino contentiente, hoc est: sciente, & sponte paciente. Boehm. ad ff. de furt. n. 10. Ratio est: quia eo casu dolus, ad furtum necessarius, abesse videtur.

Colligis 4. Furtum non committi ab eo, qui injuriæ causâ januam effegit, ita ut inde res aliquæ ablatæ sint, Franz. b. t. p. 2. n. 7. Ratio: quia hoc factum

*Etum positum non est lucri faciendi gratiâ.*

1779 Colligis 5. Furtum non patrat constitutus in extrema necessitate. Ratio est: quia in tali non est fraus, neque dolus, cum propriæ & extremae necessitati intendat tubvenire

1780 Furtum dispescitur 1. In manifestum, & non manifestum, prius est, *in quo fur cum refurtiva deprehensus est, antequam ad locum, pro itinere illius diei destinatum, pervenerit, seu welcher auf frischer taht ergriffen Lauterb. ad ff. de furt. §. 7.* Posterior est, *in quo fur prius non est inclamatus, vel diffamatus, aut deprehensus Lauterb. loc. cit. §. 9.*

1781 Poena furti manifesti est poena quadrupli, at non manifesti est dupli. s. 5. *Inst. b. t. Boehm. ad ff. de furt. n. 13.* Ratio est forte: quia Icti Romani crediderunt majorem turis manifesti audaciam graviori poenæ esse subjiciendam. Ubi

1782 Petes: in quo stet pena dupli, & quadrupli: Resp. 1. Si verò domino res sit ablata, geminandum, hoc est: duplicandum aut quadruplicandum est

verum rei ablatæ pretium. *Brunnem. ad L. 74 ff. defurt.* Ratio est: quia vero domino verum rei pretium abest. *Vid. s. 19 de actionibus.*

Resp. 2. Sibonæ fidei possessori res sit ablata, duplicandum vel quadruplicandum est interesse. *Brunnem. loc. cit.* Ratio est: quia bona fidei possessori tantum solum abest, quanti ejus interest. Ubi

Notandum est, hanc poenam hodiè eo casu cessare, quo poena capitalis locum habet. Ratio est: quia pro eodem delicto duplex poena infligi nequit. Non obstante *Ord. Crim. Carol. principiente, observari differentiam inter furtum manifestum & non manifestum, quia intelligenda est in casu, ubi poena capitalis non habet locum.*

Furtum juxta *Constit. Crim. Carol.* dividitur 2. in simplex, & qualificatum. Hoc dicitur, quod sit *periculoso modo*, hoc est: admotione scalarum, effractione &c. Illud est, quod nullum adjunctum habet periculum. *Boehm. de furt. §. 15.*

Furti qualificati poena regi laritor est laqueus. *Constit. Crim. Carol.*

*Carol. art. 159.* Ratio est: quia tale furtum præter directam furandi intentionem quoque continent periculum damni, resistenti inferendi.

*1787* Furtum simplex est vel *Parvum*, quod est infra quinque florenos, seu ducatos Hungaricos, vel *Magnum*, quod quinque florenos, hoc est: ducatos excedit. *Vid. art. 157. Ord. Crim. Carol.*

## COROLLARIA

### De furto.

*1788* **Primum:** Furtum *parvum*, si *primum* sit, poenâ extraordi-riâ cum distinctione inter fur-tum manifestum, & non ma-nifestum punitur. Ratio est: quia *art. 157. Ord. Crim. Carol.* hanc poenam repetit. Jam at-tem regula est: poenâ juris Ro-mani per constitutiones Imperii repetita hodie vigent.

*1789* **Secondum:** Furtum parvum al-terâ vice commissum iridem poenâ extraordinariâ, *art. Ord. Crim. 161.* & tertiatâ vice repeti-tum poenâ laquei punitur. *art. 162.* Ratio stat in furis incor-gibilitate, *Boehm. loc. cit.*

*1790* **Thirdum:** Furti manifestâ per-sona viliori commissi poena est fustigatio cum perpetua relega-tione; at commissi ab eo, in quo est spes emandationis, est quadruplum. *art. 158.* *Vid. Boehm. loc. cit.* Ratio quia etiam hoc casu poena juris Romani est repetita.

*1791* **Fourthum:** Poena furti magni va-riat pro varietate circumstantia-rum, ut quandoque corporalis tantum, quandoque etiam sit ultimi supplicii. *Boehm. loc. cit. §. 18.* Ratio est: non quasi inter vitam hominis, & summam furti magni foret proportio, sed quod ob lassionem tranquillita-tis publicæ & communis salutis vita hominis sit potestatibus sub-jecta.

*1792* **Fifthum:** Furtum *magnum* do-mesticum regulariter poenâ ordinariâ laquei plectitur. *Lau-terb. in Colleg. theoret. pract. de furt. s. 11.* Ratio est: quia hoc furtum ob fidem datam alio quocunque in suo genere est gravius.

\* \* \*

## TITULUS II.

### *De vi bonorum raptorum.*

1793 Altera species delicti privati est rapina, seu *delictum privatum*, quo res mobilis aliena dolo malo per vim contrectatur lucri faciendi gratia. Videatur Lauterb. *de vi bon. rapt.* §. 1. addatur Boehm. *eod.* §. 1. Unde

1794 Deducitur 1. Rapinam privatum esse delictum, eo respectu, quatenus laesus judicio civili privatum suum interesse, & quod ejus patrimonio abest, persequitur, licet violentia, quatenus per illam status publicus laeditur, in delictum publicum incidat. vid. Tit. 6. lib. 48. *Pandect.* Lauterb. *vibon. rapt.* §. 2.

1795 Deducitur 2. Rapinam 1. differre à *furto qualificato*, quod violentia hic personæ, ibi magis rei inferatur. 2. à *manifesto*, ut pote in quo fur ex accidenti deprehenditur. 3. à *spolio*, quod dejectionem ex possessione denotat. Boehm. *de vi bon. rapt.* §. 3.

\* \* \*

## COROLLARIA

### *De rapina.*

1796 *imum*: Hodie in grassatores, 1796  
seu raptiores publicos poena ca-  
pitalis est constituta. *Ord. Crim.*  
art. 126. licet res vel minima  
ablate sit. Ratio: quod per hos  
securitas publica æquè laeditur.  
*Carpz. pr. Crim.* p. 2. q. 90. n. 55.

1797 *2dum*: Controversia est in. 1797  
ter Doctores: utrum poena  
quadrupli rapinæ præstituta ho-  
die adhuc obtineat? quam ego  
ita resolvo, ut quidem domi-  
nus rem suam contra raptorem  
possit persequi, non tamen qua-  
druplum petere, tum quia hæc  
poena in constitutionibus Imper-  
ii non est repetita, tum ne rap-  
tor capitaliter puniendus dupli-  
ci poenâ afficiatur.

## TITULUS III.

### *De lege Aquilia.*

1798 Tertia species delicti privati  
est *damnum injuriâ datum*, seu  
*delictum privatum*, quo *dam-  
num cum facientis injuria per in-*

*Yy* *jurio-*

342

Instit. Lib. 4. Tit. 3.

*juriosam rei corruptionem datur.  
Lauterb. in Colleg. theoret. pract.  
ad L. Aquil. §. 2. Unde*

1799 Patet 1. Damnum injuriā datum esse delictum privatum. Ratio est: quia datur non jure, seu contra Jus, id est: dolo, aut culpā §. 2. § 3. h. t. Ubi

1800 Quæres: an damnum minima negligentia (vel culpā levissimā, ut appellant) datum quoque sit damnum injuriā, sive ad præsentem effectum delictum privatum? Resp affirmativè per L. 44. ff. b. t. Vid. Coccejus in *Jure controv. ad L. Aquil. q. 3.* Ratio est: quia hic rigor juris Naturalis non est remissus, per consequens damnificans agit non jure, seu contra jus Naturale, ergo delictum committit.

1801 Ampliatur responso: ut im præsentiarum minima omissionis culpa, ut vocant, sufficiat. L. 27. § 9. ff. b. t. Coccejus loc. cit. q. 5. Ratio est: quia, cùm hic rigor juris Naturæ non sit remissus, obligatio stat nihil omittendi.

1802 Patet 2. Damnum pecuniarium requiri, ut hoc delictum dicatur commissum. §. 1. 9 § 13. Instit. b. t. Lauterb. eod. §. 7. Ra-

tio est: quia ex hoc delicto agitur ad persequendum id, quod patrimonio nostro vel verè, vel etiam Juris interpretatione, abest.

Patet 3. Ad hoc delictum non 1803 præcisè requiri dolum, neque latam culpam, sed quoque minimam negligentiam sufficere, juxta superius dicta. Ratio: quia hæc etiam negligentia contra juris Naturalis rigorem, à jure Civili non remissum, impingit.

Patet 4. Delictum hoc def. 1804 cendere ex injuriosa rei corruptione, v. g. ustione, fractione, scissione &c. §. 13. Instit. b. t. Lauterb. ad L. Aquil. §. 15. Ratio est: quia si citra corruptionem damnum illarum sit, alia consurgit delicti species, v. g. ob contrectationem furtum, ob violentiam rapina &c.

Lex Aquilia tria dicitur habuisse capita, secundum non extat. Primo cavetur, ut servo alieno, aut quadrupede, quæ gregatim pasci solet, damnificatā, præstetur id, quanti plurimi res valuit integro illo anno retrò. pr. §. 9. Instit. b. t.

Tertio capite disponitur, ut 1806 damnum rebus, quæ pecudum numer-

numero non continentur, illatum refundatur domino, quanti plurimi res illæ valuerunt intra triginta dies proximos. §. 13. & 14. *Inst. h.t.* Ubi

1807 Petes 1. Quænam inter n. 1805. & 1806. sit ratio differentiæ? Resp. quia plebs autrix legis Aquiliæ forrè censuit gravius esse damnum quadrupedi, quæ gregatim pasci solet, ut pote ad quotidianam sustentationem magis necessariæ, illatum, ac damnum rebus, quæ hoc numero non continentur, datum

1808 Petes 2. An hæc differentia adhuc hodie obtineat? Resp. negativè, sed sit hodie æstimatione secundum statum præsentis temporis. *Strick. in U. M. ad L. Aquil. s. 2.* Ratio est: quia, cum per hoc delictum damnificato non absit nisi æstimatione præsens, damnificans videtur defungi eandem refundendo.

## COROLLARIA.

### *De lege Aquilia.*

1809 *Imum:* Damnum cuius refusio ex contractu vel quasi peti-

nequit, ex lege Aquilia adhuc est refundendum. *L. 5. s. fin. ff. h.t.* Vid *Coccejus in Jure controv. eod. q. 4.* Ratio est: quia alterum ex contractu, & facto licito, alterum ex facto illicito proficiuntur, adeoque diversos habent fontes. Ubi

Petes: Quid interest, an de. 1810 positarius v. g. ex lege contrætū, an lege Aquiliâ, ad damni culpâ levissimâ dati, refusionem teneatur? Resp. quod obligatio ex contraetū ad hæredes transeat, obligatio autem ex lege Aquilia non. §. 9. *Inst. h.t.*

2dum: Damnum datum cor. 1811 pore in corpus (v. g. pecore alieno manu occiso) ex verbis legis Aquiliæ directè, datum autem non corpore in corpus (v. g. pecore per alterius agitationem rupto) ex mente legis utiliter, & non corpore in non corpus v. g. servo vinceto ex misericordia soluto) ob æquitatem Prætoriam in factum repetitur. At

Quæres: Utrum hæc differentia adhuc hodie perduret? Resp. cum *Strick. in U. M. h.t. §. 6.* nullam superesse. Ratio est: quia cum in hodierno foro sufficiat exprimere damnum

344

*Instit Lib. 4. Tit. 4.*

injuriâ datum esse, nihil vide-  
tur interesse, utro ex his fonti-  
bus quis agat.

1813 *3tium*: Hodie damni repa-  
rationem, ex hoc fonte descend-  
tentem, non esse poenam. *Strick.*  
*in U. M. b. t. s. 4.* Ex ratione,  
quod hodie solummodo dam-  
num prætens sit reficiendum,  
non quanti plurimi res aut infra  
annum proximum retrò, neque  
quanti infra triginta dies proxi-  
mos valuit. Sed

1814 Dicis: An ergo damni repa-  
ratio hodie incumbat hæredi-  
bus? Ego cum *Carpz. p. 4. const.*  
*12. def. 9. n. 6.* contra alios Resp.  
negativè. Ratio est: quia obli-  
gatio hæc adhuc hodie descendit  
ex delicto privato, seu ex eo,  
quod damnificans contra rigo-  
rem juris Naturæ operetur.  
Non obstat §. 9. *Inst. h. t. ibi:*  
*quaे transitura fuisset, si ultra*  
*damnum nunquam lis æstimare-*  
*tur;* quia hæc ratio est inadæqua-  
ta poenalitatis.

1815 *4tum*: Usu fori obtinet, ut  
qui alterum vulneravit, non  
tantum ad expensas medico-  
rum, & mercedem operarum  
teneatur, sed etiam in certam  
summam pro compensatione

doloris condemnetur. *Strick. in*  
*U. M. b. t. s. 10.* Ratio est: quia  
ob hæc omnia augetur læsi dam-  
num.

## TITULUS IV.

### *De injuriis.*

Quarta species privati delicti 1816  
est *injuria*, seu *dolosa famæ &*  
*existimationis alienæ læsio, re,*  
*aut verbis, facta.* Ita ferè *Franz.*  
*b. t. n. 3.* Ratio est: quia *injuria*  
fundatur in *superbia* *injuriantis*,  
*contemptu* *injuriati*, & hinc  
*læsione* *socialitatis* *humanæ.*  
*Boehm. adff de injur. s. 1.* Ex quo

Fluit 1. Ad *injuriam* esse ne. 1817  
cessarium. Imò dolum verum,  
id est: expressum vel tacitum  
animus contemnendi. *Boehm.*  
*ead. s. 9.* Ratio: quia *injuria* est  
verum delictum, etiam quo ad  
substantiam, quod sine vero  
dolo non admittitur. Ubi

Notandum: Stantibus ver- 1818  
bis, aut factis, de sui natura con-  
temptum alterius inferentibus,  
animus dolosus *injuriandi* præ-  
sumitur *Mev. p. 5. decis. 390.*  
Ratio est: quia verba & facta  
sunt animi index, per conse-  
quens

quens hic ex illis est dijudicandus.

**1819** Excepio est: ubi verba aut facta alium haberent, ac contemptus finem, v.g. defensionis, correctionis &c. *Carpz pr. Crimin. q. 97.* Ratio: quia in his circumstantiis praesumptio animi contemnendi per alias fortiores excluditur. Ubi

**1820** Petes 1. Quid si circumstantiae sint dubiae v.g. si famulus confamulum apud herum furti accusaverit &c. an pro animo injuriandi, an contra illum erit pronuntiandum? Resp. cum *Carpz. loc. cit. n. 7. § 8.* erit locus juramento expurgationis, per reum conventum praestando. Ratio est: ut medium sit hoc dubium resolvendi.

**1821** Petes 2. An veritas convitii praesumptionem animi injuriandi excludat? Resp. cum *Gail. 2. observ. 99.* negativè. Consentit Harprecht. ad §. 1. *Inst. h.t. n. 166.* Ratio est: quia veritas de se non impedit, quo minus quis alium contemnat.

**1822** Petes 3. An protestatio: *salvo tuo honore, injuriantem salvet?* Resp. cum *Berlich concl. 59. n. 48.* negativè. Ratio: quia pro-

testatio actui contraria nihil relevat, qualis est substrata.

Fluit 2. Ad injuriam requiri **1823** 2dò contemptum, hoc est: verbum vel factum, quod ex communi hominum opinione contemptum parit. *Boehm. aff. b.t. §. 2.* Ratio est: quia injuria consistit in afflictione animi, qualis sine contemptu imprealentiarum non est. Unde

Notat *Muller. ad Struv. Exer.* **1824** *cit. 48. tb. 57. lit. G* in libello injuriatum exprimandum esse, auctorem ad dolorosum animum injuriam sumpsisse, sive daß Kläger die ihm zugesetzte schmach gleich zu schmerzhaftem gemüt gezogen habe ic. At

Quæres: An ergo doloris **1825** non capacibus v.g. furiosis, impuberibus &c. injuria non possit inferri? Resp. cum *Muller. loc. cit.* posse, Ratio est: quia in eo casu dolorem sentiunt, quos illi contingunt.

Fluit 3. Ad injuriam requiri **1826** 3tiò, ut quis invitus contempsum patiatur. *Boehm. b.t. §. 14.* Ratio est: quia volens dolorem, quem dicit se sensisse, non vi-

Yy 3 detur

detur sentire. Cap. Scienti 10.  
de R. J. in 6.

1827 Fluit 4. Injuriam aliam esse  
realēm, aliam verbalem. Illa  
est, quæ factō aliquo ad probri  
& turpitudinis notam compa-  
rato, committitur. Vid. Struv.  
Exerc. 48. th. 34. Hæc est, quæ  
fit verbis, vel ore prolati, vel  
scriptis. Idem Struv. loc. cit. ubi

1828 Observandum est: Injuriam  
verbis illatam dici in specie *con-  
vitium*, commissam autem in  
scriptis *vel esse scriptam*, quā  
quis pér scriptum contemnitur,  
*vel esse famosum libellum*, quo  
certum famosum crimen, gra-  
viori poenâ dignum, alicui im-  
putatur. Boehm. h.t. §. 5. & 6.  
Ubi

1829 Dubium est. 1. An verba:  
*tu menturis*: involvant inju-  
riam? Resp. affirmativè cum  
Lauterb. ad ff. b. t. §. 11. Ratio  
est: quia contemptum irrogat  
apud viros graves, si quis men-  
daci incusetur.

1830 Dubium est. 2. Utrum si per-  
sona honorabilis tuisletur, ei-  
dem injuria inferatur? Resp. De  
Moribus affirmativè. Ita Lau-  
terb. loc. cit. Ratio est: quia hoc  
alloquendi modo persona hono-  
rabilis videtur contemni.

Injuria cessat 1mō: Remissio. 1831  
ne aut tacitā, ex familiari con-  
versatione concludendā, aut ex-  
pressā, putā per pactum aut  
transactionem. Struv. Exerc. 48.  
th. 64. Ratio: quia juri quælitō  
renuntiari potest.

2dō: Dissimulatione, si in- 1832  
juriatus injuriam non statim re-  
vochet ad dolorosum animum,  
v. g. subridendo. Muller ad  
Struv. loc. cit. lit. B. Ratio: quia  
talis contemni non videtur.

3tō: Retorsione, seu legiti- 1833  
mā *injuriæ verbalis in ipsu[m] net  
injuriantem factā propulsione,  
honoris tuendi gratiā, inconti-  
nenti, propriā authoritate factā*.  
Franz. h.t. n. 65. Ubi

Nota: Retorsionem debere 1834  
fieri cum moderamine inculpa-  
tæ tutelæ. Ratio est: quia est  
species naturalis & necessariæ  
defensionis. Vid. Franz. n. 73.

4tō: Tollitur injuria regula- 1835  
riter lapsu temporis à lege præ-  
finiti, v. g. anno. De quo in-  
frā.

\* \* \*

COROL.

## COROLLARIA

### *De injuriis.*

- 1836 *1mum*: Hodie injuriam ab actore in libello taxari vel cum relatione ad damnum v. g. fläger wolle aus dem seinigen lieber 1000. Dhlr. verliehren, als solche schmach auf sich ersinnen lassen, vel absolute, v. g. fläger schähe die Injurie 1000. Dhlr. Gail. 1. obs. 65. n. 2. Ratio est: ut moderatio judicis possit subintrare.
- 1837 *2dum*: Injuriam non esse, si quis jocosâ persuasione alium primâ Aprilis decipiat, sive eis en in den April schicken, nisi personæ sint, quibus specialis reverentia, aut præminentia debetur. Strick. vol. 3. disp. de persuas. cap. 2. n. 171. & seqq.
- 1838 *3tium*: Exceptione retorsionis se tueri nequitis, qui injurianti aliud planè crimen objicit. Gail. 2. obs. 100 Ratio est: quia cum retorsio sit remedium defensionis naturalis, servari debet modus.
- 1839 *4tum*: Injuria verbalis reali non rectè recorquetur ex ratio-

ne data. Struv. de vind. privat. cap. 10. aphor. 10. unde usus loquendi Germanicus: auf ein lügen gehöret eine maultaschi, Juri non est conformis.

## TITULUS V.

### *De obligationibus, quæ quasi ex delicto nascentur.*

Sequitur quasi delictum, seu <sup>1840</sup> quasi transgressio legis ex damage per alios dato à lege notata. Est enim aliqua legis per alios posita transgressio, quam lex nobis imputat ad culpam, quod quantum pertinet ad præsentem inspectionem quatuor fit modis: 1<sup>o</sup> per imperitiam Judicis. 2<sup>o</sup> per effusionem, vel dejectionem. 3<sup>o</sup> per suspensionem aut positionem. 4<sup>o</sup> denique per receptionem.

## PRINCIPIUM

### *De imperitia Judicis.*

Prima species quasi delicti est <sup>1841</sup> Judicis imprudentia, seu quasi transgressio legis in judicando commissa. Ratio est: quia, cum Judex

Judex invitus ad officium subeundum compellatur, imprudentia eorum, quorum consilio usus, à communī legum tramine, receptāe constitutidine aberrat, eidem solum veluti quasi culpa imputatur. Vid. *Manz. ad Inst. h.t. pr. n. 7.* Unde

<sup>1842</sup> Sequitur 1. Judicem dolo malo, & ex proposito malè judicantem teneri ex vero delicto. *Manz. loc. cit. n. 11.* Ratio est: quia dolus semper est delictum.

<sup>1843</sup> Petes: Quid intersit, utrum Judex ex vero, an ex quasi delicto teneatur? Resp. cum *Manz. loc. cit.* Primo casu litem ita facit suam, ut præstet veram illius aestimationem, hoc est: tantum parti laſſe solvat, quantum eidem iniquâ suâ sententiâ admittit, altero autem casu litem facit suam, ut in tantum teneatur, quantum alteri Judici æquum videbitur.

<sup>1844</sup> Sequitur 2. Judicem in lege facili errantem gravius puniri, quam si erret in lege difficulter. Ratio: quia poena pro rerum qualitate est æstimanda.

\* \* \*

## COROLLARIA

### *De imperitia Judicis.*

Hodie Judicem litem regula- <sup>1845</sup> riter non facere suam, sustinet *Grænw.* *Inst. h. n. 1.* aliis contradicentibus, & intelligentibus sententiam *Grænw.* de moribus Galliae, ubi officia dicunt esse venalia, & hinc concludunt: in Imperio actionem hanc non esse abrogatam, sed tantum non frequentari. Vid. *Franz. h. n. 12.*

### §. I.

#### *De dejectione vel effusione ex coenaculo.*

Altera species quasi delicti est <sup>1846</sup> effusio, vel dejectio ex coenaculo facta, seu quasi transgressio legis ab inhabitante, per damnosam effusionem vel dejectionem & domesticis in publicum factam, commissa. Ratio est: quia lex securitatis publicæ conservanda causâ hic inhabitanti quasi culpam imputat, licet ipse per factum proprium nullam commiserit. Unde

Colli-

- 1847 Colligitur 1. Quod si plures idem coenaculum indivisim inhabitent, ex quo aliquid dejecum vel effusum est, singulis in solidum *quasi culpa* imputatur. *Lauterb. ad ff. de his, qui effud. vel dejecer.* s. 7. Ratio est: quia singuli totum delictum commisisse intelliguntur.
- 1848 Colligitur 2. Hoc *quasi delictum* non committi, si præcesserit monitio. *Boehm. eod. s. 4.* Ratio est: quia eo casu damnificatus damnum propriâ culpâ sentit, quod sentire non intelligitur.
- 1849 Colligitur 3. Si duo, vel plures in eadem domo habitant, sed distinctis & separatis cubiculis, actio in eum solum datur, qui eam partem inhabitaverit, unde dejecutum aut effusum est.
- 1850 Colligitur 4. Si non alterius, sed ipsius inhabitantis culpâ ex coenaculo aliquid dejiceretur, inhabitans verè delinqueret, & ex delicto, ex lege Aquilia, teneretur.
- 1851 Colligitur 5. Actio in factum Prætoria contra habitatorem datur, non contra dominum ædium, aut hospitem.
- 1852 Colligitur 6. Poenam hujus quasi delicti esse temperduplum. *Lauterb. eod. s. 8.* de jure Romano applicandum parti læstæ. *Idem Lauterb. s. 9.* Ratio est: tum ut prospiciatur securitati publicæ, tum quia actio est popularis.

## COROLLARIUM

### *De effusione dejectione.*

Hodie simplum damni refun<sup>1853</sup> ditur, & poena v. g. in casu liberi hominis occisi, non amplius est 50. Aureorum, neque auctori, sed quæ arbitraria Fisco applicatur. *Coccejus in jure Controv. b.t. q.5.* Ratio est: quia hodie poenæ privatæ cessant. *Strick. U.M.b. s. 2.*

### *Vers. cui similis &c.*

### *De positione aut suspensiōne periculosa.*

Tertia species *quasi delicti* est<sup>1854</sup> positio aut suspensiō periculosa, *quasi transgressio legis, ab eo commissa, qui aliquid in publico ponit, aut suspendit, quo trans-euntibus facilè noceri posset.* Ratio est: quia ob securitatem via-

350

*Instit. Lib 4. Tit. 5.*

rum publicarum ponenti vel suspendenti *quasi culpa imputatur*, licet nondum nocitum sit. Rationem rationis dat *Manz. b. n. 24.* quia non ob damnum, sed creatum prætereuntibus periculum ponens mulctatur. Ubi

1855 Notandum est: Poenam esse 10. Aureorum, hodie tamen arbitrariam, Fisco applicandam juxta dicta ad §. 1.

**COROLLARIA**

*Depositione aut Suspensione periculosa.*

1856 **1**imum: Differentia inter dejectum & posatum est, quod de dejecto quis teneatur, si nocuerit, de posito licet nondum, si noceri possit.

1857 **2**dum: Contra ponentem ita, ut nocere nequeat prætereuntibus, nulla datur actio.

1858 **3**tium: Si liber homo ex dejecto occisus est, poena est ex jure Romano quinquaginta aureorum, si tantum nocitum sit, arbitraria.

**§. II.**

*De filiof. quasi delinquentे.*

1859 **Conclusio:** Filiof. separatim

habitante, & quasi delinquente, nulla patri quasi culpa imputatur. Ratio est: quia sicuti verum delictum filii. patri non nocet, ita nec quasi delictum.

**COROLLARIA**

*De filiof. quasi delinquentе.*

**1**imum: Filiof. separatim habitante, & quasi delinquentе, contra patrem nequidem datur actio de peculio, utpote veniens tantum ex contraactu.

**2**dum: Filiof. per imperium malè judicante, pater non tenerar, filius tamen in tantum, quantum est in peculio.

**§. fin.**

*De damno in navi, caupona, vel stabulo dato.*

**Quarta species quasi delicti** 1862 est damnum in navi, caupona, vel stabulo datum, seu quasi transgressio legis, ab exercitore navis, cauponæ, vel stabuli, ob damnum culpâ domesticorum in navi &c. rebus illatis & receptis datum, commissa. Ratio est; quia

quia utilitatis publicæ causâ his personis culpa per domesticos admissa imputatur. Ex quo

- 1863 Patet 1. Damnum datum ab iis, quorum operâ nauta, caupo, vel stabularius utitur, illi imputari ut quasi delictum. *Boehm. Nautæ Caupon. Stab.* § 9. Ratio stat in securitate publica rebus viatorum præstanta. Unde

- 1864 Patet 2. Culpam viatorum ut quasi delictum non redundare in exercitorem. Ratio est: quia horum, utsi potest, nequit repellere, malas qualitates nec scire potest, nec tenetur. *Manz. ad s. fin. b. t. n. 15.*

- 1865 Patet 3. Exercitorem ex quasi delicto non teneri, si damnum extra navim &c. sit datum. L. 7. *pr ff. Nautæ Caup. vid. Boehm. loc. cit.* Ratio est: quia culpa ministrorum eidem tantum imputatur, si in officio damnum dederint.

- 1866 Patet 4. Damnum datum per ipsum exercitorem aut esse fursum, aut damnum injuriâ datum. *Manz. eod. n. 16.* Ratio est: quia eo casu adsunt veri delicti substantialia requisita.

- 1867 Patet 5. Poenam hujus dam-

ni de jure Romano esse duplum, licet hodie sit arbitraria *Struv. b. t. th. 116.* Ratio est: tum ut viatoribus publica securitas præstetur, tum quia poena privatæ hodie cessant.

## C O R O L L A R I A

*De damno in navi &c. dato.*

1um: Nauta ad damnum rerum receptarum, licet in navim nondum illatarum, sed in littore relictorum tenetur. Ratio: quia periculum rerum receptarum ad nautam pertinet.

2dum: Cistâ clausâ, & sig natâ caponi traditâ, & apertâ restitutâ, dolus ejus præsumitur.

3tum: Si de certa persona domestica non constat, cuius culpâ incendium ortum sit, patr. non tenetur.

4tum: Si constat, & culpa circa officium admissa fuerit, ea in patrem redudat.

5tum: Actione de recep<sup>ro</sup> nauta, caupo, aut stabularius obligatur ex facto omnium, etiam vectorum, & viatorum, hospitum.

6tum:

352 Inst. Lib. 4. Tit. 5. de oblig. que quasi ex delict. nasc.

1873 6tum: Secus est de actione  
in factum ex quasi delicto juxta  
dicta, quæ non competit nisi  
ex facto eorum, quorum operâ  
nauta, caupo, aut stabularius  
utuntur.

1874 7mum: Si nauta &c. protesta-  
tus fuerit, se damnum non præ-  
staturum, ad refectionem non  
tenebitur.

8vum: Hodie magistros po- 1875  
starum, & aurigas ordinarios  
quoque ex quasi delicto teneri.  
Strick. de Action. forens. in ve-  
stig. sect. n. 9. §. 35. Ratio est:  
quia etiam his culpa ministro-  
rum ut quasi delictum ob se-  
curitatem publicam imputa-  
tur.



COM-

# COMPENDIUM INSTITUTIONUM D. JUSTINIANI IMPERATORIS

## P A R S VI.

*De remedii prosequendi jus in re & ad rem.*

## L I B E R IV. T I T U L U S VI.

*De actionibus.*

### TERTIUM JURIS OBJECTUM ACTIO

<sup>1876</sup> **E**st *Jus prosequendi in Judicio*, quod sibi debetur. *Princ. Inst. b. t. id est: facultas à Jure tributa, ad extremum judicialiter sequendi jus nostrum, sive strictè nobis (non alteri) debitum sit, sive latè, verbum enim debuit omnino actionem comprehendit.* L. 178. §. fin. ff. de V. S. vid. Manz. b. n. 10. 29. & seq. Unde <sup>1877</sup> *Actio* differt ab *interpellatione extrajudiciali*, *actio enim sæpè Judicium appellatur.* Manz. loc. cit. n. 13.

Notandum 1. Actionem esse <sup>1878</sup> *remedium Juris modo solemnii* prosequendi in Judicio, quod sibi debetur, hinc *remedium summarium* non est *aetio rigorose talis*, quare etiam extraordinaria cognitio vocatur Boehm. in tr. de act. sect. 1. cap. 2. §. 20. & seq.

Notandum 2. Hodie <sup>1879</sup> *summarium* *remedium generali sensu* dicitur *actio*, eoque in rebus moram non ferentibus, favorabilibus, publicis, piis, parvis, rusticorum, mercatorum,

Aaa ex-

*Instit. Lib.* executionum, cambiorum, &c.  
utimur. *Boehm. loc. cit.*

**1880** Notandum 3. Datur etiam remedium, quod dicitur *Imploratio Officii Judicis*, quod quandoque ad instar actionis movetur per cap. 2. *de Off. Jud.* uti patet in stipulatione de damno infecto. *h.t. ff. de damn. inf.*

**1881** Notandum 4. *Imploratio Officii Judicis* quandoque quasi cumulatur, v.g. quando quaestio est de nonnullis contrahendum accessoriis, quae tunc *Officio Judicis*, non *Jure actionis* debentur. *L. 49. de act. empt. vend. Quod Boehm. loc. cit. lit. E.* exemplificat in usuris ex contrahendo bona fidei post moram debitum.

**1882** Notandum 5. De jure Romano actio non dabatur *ex sola aequitate*, nisi ubi Praetor extra ordinem cognoscebat, at hodie ubi adest vel juris Canonici, vel etiam Germanici dispositio, aut taliter ratio per Doctores graves & in praxi receptos approbata, remedium aliquando datur, ubi tale de jure Justinianæ deficit. Exemplum dat *Boehm. loc. cit. §. 9. lit. O. in nudo pacto, &*

ego in pactis successoriis, quia receptio juris Justinianæ non restringit numerum actionum.

### §. I.

#### *Prima divisio actionis in personalem & realem.*

Realis actio est *Jus per sequenti 1883 di in Judicio jus in re ... Personalis vero jus ad rem ...*

*Jus in re* est facultas legitima nobis in re competens, propter qualitatem, quæ rem denominat nobis subdiuin seu obnoxiam, hoc est: nostram, hypothecatam, servientem, aut possessam. Ita ferè Feltman in tr. de *Jure in re & ad rem*, cap. 9.

### §. 37.

Hoc nim. jus ad rem est facultas nobis competens propter qualitatem, quæ personam ad praestandum aliquid aut faciendum nobis obligatam denominat. Feltman. cap. 27. §. 1. & hæc qualitas oritur ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi, nec non aliis quibusdam fontibus. Inde habe sequentes regulas.

Regula Ima: Realis actio in 1886 loco rei intentari potest, at personalis

sonalis coram *Judice personæ institui* debet.

**1887** Regula 2. *Realis contra quemcunque possessorem, aut detentorem rei, in quā jus habemus, datur, personalis duntaxat contra personam.* *Muller. ad Struv. de rei vind. th. 2.*

**1888** Regula 3. In reali exprimenda est *causa proxima*, seu jus in re, in personali *remota*, seu *titulus*, in illa non sufficit *remotam* seu *titulum*, nec in hac *proximam* sive *obligationem* exprimere. *Ita Verlohner in tr. de act. Forens. obs. I. à n. 2. ad 7.* ubi plures differentias vide.

Vers. Si rem &c.

**1889** Actionis realis hīc traduntur octo species: tres Civiles: *Rei vindicatio, Confessoria, & Negatoria*, quatuor Prætoriae; *Publiciana, Rescissoria, Pauliana, Serviana*, quo quasi *Serviana* reducitur.

### Rei vindicatio

**1890** Est *actio realis Civilis arbitria*, quæ datur domino adversus *rei nostræ corporalis possessorem*,

*aut detentorem, ad effectum, ut actior dominus declaretur, & res Officio Judicis unâ cum fructibus & omni causa restituatur.* Ita *Manz. h. & Verlohn. in tr. de act. fol. 169.* ferè definiunt. Ex quo

Fluit 1. *Rei vindicationem* **1891** duo habere requisita, seu extrema, *imum*, ut actior dominium in libello alleget, & per reum diffessum probet. *Harp. ad Inst. b. n. 41.* *2dum* ut pariter possessionem aut saltem detentionem apud reum existere narrat, aut hunc dolo possidere desisse. *Harp. loc. cit. n. 34.*

Fluit 2. *Actorem in hac actio.* **1892** ne esse dominum, nam dominium est *causa rei vindicationis*, & quidem directæ plenum, & directum, utilis verò utile. *Manz. h. n. 16.*

Fluit 3. *Reum in hac actione* **1893** esse *nudum etiam detentorem*, v. g. *commodatarium, depositarium, conductorem &c.* si causam suæ detentionis ab actore habitæ neget. *L. 9 ff. b. t. Vitriar. h. n. 20.* secus *rei vindicatione* opus non est. *laud. Vitriar.*

Fluit 4. *Finem nostræ actio-* **1894** *nis esse, ut actior dominus de-*

356

*Inst. Lib. 4. Tit. 6.*

claretur, non autem, ut dominiū eidem adjudicetur, ut pote quod jam habet.

1895 *Dixi: Finem actionis: nam restitutio pertinet ad Judicis Officium. Manz. b. n. 30. Rationem dat, ne sequatur reum in hoc Judicio ad faciendum obligatum esse. Ubi*

1896 *Quæres: Fructus cum aliis accessionibus an sint restituendi jure actionis, an officio Judicis? Resp. cum Manz. Inst. de Offic. Jud. advers. Et si hæreditas &c. n. 11. officio Judicis: Ratio est: quia res restituitur tantum officio Judicis; ergo & fructus. Ubi*

1897 *Observandum 1. Multum interesse, an restitutio jure actionis, an officio Judicis sit facienda, nam actio regulariter non continet accessiones tempore duraturi judicij percipendas, quas tamen officium Judicis, ex æquitate originem trahens, complectitur.*

1898 *Observandum est 2. Ex dictis facilè concipi libellum actionis rei vindicationis (idem actionib. postea recentendis applica) formatur enim syllogismus: in maiori ponuntur actionis requisita*

seu extrema, minor Juris applicationem continet, & conclusio seu petitum complectitur actionis finem, & officii Judicis implorationem.

§. II.

*Actio confessoria*

1899 *Est realis Civilis, quæ datur dominio prædii dominantis, aut ejusdem possessori ratione servitutis constitutæ contra impedientem, ad hoc, ut Jūdex declaret actori jus servitutis competere, condemnatque reum, ut ab impedimento desistat, & de superca- veat, fructusque perceptos & interessè præstet. Ita fere Widmont. ad ff. suis usq. petatur vel ad alium &c. n. 11. concordat. Manz. b. n. 8. Unde*

1900 *Sequitur 1. Quod confessoria sit realis, & hinc in loco existentis servitutis intentari possit.*

1901 *Sequitur 2. Confessoriam esse Civilem, adeoque anno non expirare.*

1902 *Sequitur 3. Requisita seu extrema alleganda & probanda per eum, cui servitus est constituta, sive actorem, esse hæc: imum: se*

*se in possessione*, aut quatenus non est, sed dominum esse fundi, qui dominans prætenditur. L. 16. ff. de Exceptionibus. Boehm. tr. de act. sect. 2. cap. 2. §. 35

2dum: servitutem esse constitutam, 3tium: se in illius exercitio per adversarium impeditum seu turbatum esse.

1903 Sequitur 4. Actorem in actione confessoria esse dominum prædii dominantis. L. 2 §. 1. ff. si servit. vind. Manz. b. n. 10.... Adhæc B.F. possessorem. Manz. b. n. 15. & creditorem pignoratitum. L. 16. ff. de servit. ibique Faber in rational.

1904 De usufructuario ambigunt Doctores: Ego affirmativa sub-scribo cum Harp. b. n. 6. ex ratione, quia usufructarius saltem procuratorio nomine agere potest, absque quod mandato speciali indigeat. Arg. L. un C. si per vim &c. Boehm. sect. 2. cap 2. §. 37. in fine.

1905 Notandum hic est: quod cum formulæ actionum, Judex pedaneus, & extraordinariæ cogniciones certâ ratione cessent, quoad Juris effectum inter actionem directam & utilem nihil ferè amplius intersit.

Dixi: Ferè: quia utilis quan- 1906 doque ad alium finem tendit in subsidium; v. g. rei vindicatio utilis contra eum, qui dolo de- sit possidere, intentanda ad aestimationem. Boehm. sect. 1. cap. 3. § 56. 57. § 58.

Sequitur 4. Reum in confes- 1907 soria non tantum esse dominum prædii servientis, verum etiam quemvis tertium turbatorem. L. 10. s. 1. ff. si servitus vind. quia hie eo casu se quasi possessorem servitutis constituit. Fa- ber in ration ad L. cit.

Sequitur 5. Confessoriæ si 1908 nem principalem esse, ut Ju- dex pronuntiet servitutem acto- ris esse; secundarium vero, ut reus cesseret ab impedimentoo, seu liber usus servitutis præstetur, & eatenus caveatur. Manz. b. n. 27. 28 & 29. Unde

Concludo contra Harp. b. n 1909 8. & 9. quod utendi patientia, ex parte rei præstanta, veniat dumtaxat Judicis officio, non actionis jure; Erad L. 4. s. 5. ff. si servitus vind. respondeo: quod satis factio deneget servi- tatem, qui ejus usum impedit, licet verbo fateatur. Ita Faber ad L. alleg. quod probat per L.

11. in pr. de aqua, & aquæ pluv. arcend.

1910 Sequitur 6. Per consequentiam, & Judicis officio fractus restitui, rei enim restitutio importat omnis causæ restitutio- nem. L. 12. in pr. ff. quod metus caus Manz. b. n. 31. Ubi

1911 Notandum: Quodd confessoria utilis hodiè detur afferenti sibi jus aliquod singulare contra negantem ad illius juri assertio- nem, sive affirmativum illud sit, sive negativum. Boehm. §. 47. v.g. jus privativè habendi gre- gem ovium.

## §. 2.

Vers. contra quoque &c.

### Actio negatoria

1912 Est realis Civilis, que datur domino prædii respectu adversarii liberi, aut etiam jus in re habenti, contra utentem servitute, ad hoc, ut judex declaret prædium esse li- berum, & reum condemnnet, ut cesseret ab usu, præstetque cautio- nem de non molestando imposte- rum, ac damna illata restituat, fractusque, & interesse præstet.

1913 Colligitur 1. Negotoriam esse

realem, cum sit in rem, nimi- rum asterendam prædii liberta- tem. L. 4. §. competit. 7. ff. si jer- vit. vind.

Colligitur 2. Negotoriam di- 1914 rectam soli domino dari. L. 2. §. 1. ff. eod. utilem etiam quasi domino, creditori, emphyteu- tæ, vasallo &c. Manz. b. n. 14. § 15.

Colligitur 3. Extrema hujus 1915 actionis seu requisita esse hæc: ium: ut actor alleget prædii libertatem.

Dico: alleget: Illa siquidem 1916 probanda non est, licet adver- sarius in possessione, vel quasi servitutis existat. Strick. de in- vest. act. sect. 2. M. 4. §. 4.

Alterum est: ut allegetur, & 1917 probetur reum servitute uti. Verlohn. tr. de act. fol. 180 n. 2.

3tium est: ut actor domi- 1918 nium vel quasi probet, aut aliud jus in re, si eidem desuper quæ- stio moveatur ab adversario, prout de proprietario textus est in L. 5. pr. ff. si usus. vind. Boehm. tr. de act. sect. 2. cap. 2. §. 42.

Colligitur 4. Negotoriam uti- 1919 lem hodie quoque dari illis qui se in libertate naturali, aut in jure

*jure communi*, aut *æquali fundat*, & adversatio jus prohibendi negat. Exemplum est in libertate communi braxandi, si quis prohibeat. *Boehm loc. cit.*

§. 48.

1920 Aliud autem foret, ubi naturalis libertas cessaret, v. g. in jure venandi. *Boehm. loc. cit.*

§. 49. Alias regulas ex dictis de confessoria hoc cum proportione applica.

### §. Sed istæ 3.

Secunda divisio actionis in cīvilem & prætoriam.

1921 Civilis est, quæ ex jure Cīvili pressūs sumpto v. g. Lēge, Plebiscito, Senatus-Contulito, Principis placito, aut responsis Prudentum proficiuntur... Prætoria, quæ ex dictis Prætorum & Aedilium descendit; unde actiones utiles, tam quibus Prætor aliquid affingit, v. g. rei vindicatio, quatenus contra dolo possidentem extenditur, quam tales ex Prudentum interpretatione Civiles sunt. *Verlohn. tr. de act. obs. 4. n. 2. & 3.* Differetia hæc est; quod illa sit per-

petua; hæc ob Prætorii Officii annalitatem regulariter sit annalis, quemadmodum *infra* de perpet. & temp. aet. plenius enucleabimus.

§. 3. Vers. ut Ecce &c.  
nec non §. 4.

### Actio Publiciana

Est realis Prætoria arbitria, quæ datur bonæ fidei possessori, qui rem forte à non domino justo titulo acceptam amisit, adversus infirmiore Jure possidentem, ad effectum, ut quasi dominus declaretur, & res unā cum fructibus, dannis, & expensis restituatur. Unde

Habes 1. Publicianam esse 1923 realēm, utpote fundatam in quasi dominio, seu possessione bonâ fide captā.

Habes 2. esse Prætoriam non 1924 quidem, quod annalis sit (nam neque pœnalis est, neque contra Jus Civile introducta; *Manz. b. n. 24.*) sed quod ex aequitate Prætoria præter Jus Civile sit inventa.

Habes 3. requisita & extre- 1925 ma Publicianæ esse hæc: i. mūm:

ut

360

*Instit. Lib. 4 Tit. 6.*

ut auctor alleget, & probet rem sibi traditam esse *ex justa causa*, & ad transferendum dominium habili. *L. 11. pr. ff. de act. publ.*

**1926** *2dum*: Ut bonam fidem alleget, quam tamen, cum ipsa presumatur, probare non est necesse.

**1927** *3tium est*: Ut auctor se fundet in eo, quod reus aut nullo, aut infirmiore jure possideat. *L. fin. ff. eod. Boehm. lect. 2. cap. 2. §. 21.*

**1928** *Habes 4. Auctorem esse*, qui bonâ fide, justo titulo, rem à non domino consecutus est, quem tales esse credebat, & eandem nondum completa usucapione amisit. *Verlohn. de act. fol. 177. n. 3. etiam vasallum, & emphuteutam. L. 11. pr. ... § 12. s. 3. ff. de publ. in rem act. ...*

**1929** *Habes 5. Reum esse possidentem jure infirmiori*. *L. fin. ff. de publ. act. v. g. qui rem sine titulo possidet, aut malâ fide. Vitriar h. n. 40.*

**1930** *Quæres*: an qui rem titulo lucrativo possidet, auctore habente titulum onerosum, reus sit. *Resp. quod sic cum. Verlohn. tr. de act. fol. 180. n. 10...*

**1931** *Habes 6. Reum in hac actio-* ne regulariter non esse verum dominum. *L. pen. ff. h. t. neque, cui res tradita est, respectu ejus, qui tantum titulum habet. L. 31. §. 2. de act. Empt. vend. L. 9 pr. ff. h. t.*

**1932** *Habes 7. Finem actionis Pu-* blicianæ primarium esse, ut auctor quasi dominus, hoc est: *bonæ fidei possessor*, in ordine ad complendam usucaptionem declaretur, secundarium vero, seu qui *Judicis officio* obtinetur, esse rei unâ cum fructibus & omni causa restitutionem. Exemplo rei vindicationis, cui Publiciana, nisi ubi Jus expressum obstat, equiparatur.

**§. 5.***Actio rescissoria*

**1933** *Est realis Prætoria, quæ da-* tur domino, cuius res propter absentiam est usucpta contra usucipientem aut possessorem, ut auctor rei, ac si nondum usucpta esset, dominus declaretur, & res cum omni causa restituatur. *Mull. ad Struv. ex quibus caus. majo-*

- maiores 25. annis &c. Exerc. 8. th. 83. Lit. G. Ex quibus 1934 Deducitur 1. Rescissoriam esse realem, licet enim per usucacionem dominium stricto Jure amissum sit, Praetor tamen illud amissum non esse ex aequitate fingit. Boehm. de act. sect. 2. cap. 2. §. 23.
- 1935 Deducitur 2. esse Praetoriam, eò quod de jure Institutionum infra annum utilem institui debet. §. h licet de jure Codicis duret ad quadriennium continuum. L. ult. C. de temp. in int. restit.
- 1936 Deducitur 3. Extrema Rescissoriae esse haec: 1dum, ut actor alleget & probet justam suam absentiam, & ob eam rem suam esse usucaptam. 2dum: rem ita usucaptam possideri, aut praedetineri ab adversario, ex quibus fluit petitio: ut actor rei, ac si nondum usucapta esset, dominus declaretur.
- 1937 Deducitur 4. Actorem hic esse eum, qui justè absuit respectu presentis: v. g. qui absuit Reip. causà, adversæ valitudinis, studiorum gratiâ, vel ex alia justa. Manz. b. n. 24.
- 1938 Deducitur 5. Actorem quo- que esse, qui præsens fuit respe- 1939 Etu absentis ex quacunque causa sive justa, sive injusta. Manz. b. n. 23.
- Deducitur 6. Actorem deni- que hic esse, qui absens fuit, nam licet sint respectu absentis in pari causa, attamen hic non est sola absentia, sed simul læsio. Manz. b. n. 26. Unde
- Deducitur 7. Actorem non 1940 esse, qui absens fuit absentia vituperabili, & odio dignâ, saltem voluntariâ. Mull. ad Struv. Exerc. 8. th. 73. Lit. E.
- Neque qui absuit absentia vo- 1941 luntariâ ex causa indifferenti, si domi procuratorem potuerit relinquere. Mull. loc. cit.
- Deducitur 8 Reum hic esse 1942 1mò: Præsentem, qui rem absentis usuepit.... 2dò: Ab- sentem ex quacunque causa re- spectu præsentis.... 3tiò: Ab- sentem respectu absentis, quia ille agit de lucro captando, hic de damno vitando, cujus ple- rumque sunt potiores partes.
- Deducitur 9. Finem prima- 1943 rium, Rescissoriae, jure actionis, obtinendum esse, ut actor do- minus declaretur (ideo etiam Re- stitutoria appellata) secunda- rium

rium autem, officio judicis aſſe-  
quendum, ut res cum omni cau-  
ſa per reum restituatur.

<sup>1944</sup> Dubium 1. quare Rescifforia  
realis dicatur? Resolvo cum  
*Widmont. ad ff. ex quibus causis  
majores &c. num. 66.* tum quia  
actio *principalis* mediante uſu-  
capione extinta ſapientis est *rea-  
lis*, v.g. rei vindicatio, ut po-  
te quae uſucapione resciffa revi-  
viticit, & appellatur *Rescifforia*.

<sup>1945</sup> Alia ratio colligi potest ex  
*Nostra Chiliane Concl. theor.  
pract. num. 236.* & seq. quia  
quando ad rescindendam uſu-  
cipationem rei ab actione distinet  
agitur, aetor vi *actionis Resciffo-  
riæ* dominus declaratur.

<sup>1946</sup> Dubium 2. an duplex detur  
remedium, *Rescindens*, & *Re-  
scifforium*, non moror, cum  
resciffo uſuaptionis officio  
veniat, declaratio dominii  
autem *Jure actionis Rescifforiæ*  
contineatur, juxta distinctionem  
tamen n. 236. & seq. *Chil.  
Theor. pract.* traditam.

<sup>1947</sup> Ex quo consequens est cum  
actione posse officium im-  
plorari, non quidem aequè  
principaliter, sed successivè,  
quatenus *Judex* priùs remotā

uſuaptione aetorem dominum  
declaret. *Widmont. L. C. n. 38.*

¶ 39.

### §. 6.

#### *Action pauliana*

<sup>1948</sup> Est realis *Prætoria*, quæ da-  
tur creditoribus, in quorum fra-  
udem res à debitore sunt alienatæ  
adversus alienatorios, ut credi-  
tores rerum alienatarum quasi  
domini declarentur, & res una  
cum fructibus restituantur. Ex  
quo

<sup>1949</sup> Inferes 1. Paulianam conve-  
nire cum aliis *Prætoriis*, quod  
infra annum utilem sit inten-  
tanda. *L. 1. ff. quæ in fraud. Cre-  
dit....*

At dubium est: an sit realis? <sup>1950</sup>  
Ego cum *Lauder b. ad ff. eod. ma-*  
llo affirmativam defendere, si  
questio sit de *Pauliana*, qualis  
hic à nostro Imperatore propo-  
nitur, non quidem ex rationibus  
ab *Harp h.* adductis, sed  
ideo, quia aetor fundat se in  
*jure in re*, seu *ficto dominio*, &  
prætextu, quasi res adhuc in  
bonis debitoris existerent, &  
nunquam ab eo fuissent alienatæ.

Non

Non obstante: quod fraudulenta alienatio sit hujus actionis causa, etenim duntaxat est *causa sine qua non*. Vid. Boehm *sect. 2. cap. 2. §. 27. & 28.*

1951 Inferes 2. Extrema Paulianæ esse hæc: imum ut auctor probet alienationem *in fraudem creditorum celebratam esse*.

1952 2dum: Rem alienatam à reo possideri aut detineri, aut dolo possessionem dimissam esse. Ita quo ad rem. *Lauterb. L. 6. §. 13.*

1953 Inferes 3. Actores in Pauliana esse creditores, quorum in fraudem bona sunt alienata. *b. §. Unde*

1954 1mò: Auctor non est creditor hypothecarius, quia illi aliunde prospectum est. *Lauterb. L. C. §. 12. contradicit Widmont. b.t.*

II.

1955 Neque 2dò, qui post alienationem factam credit. *L. 15. ff. quæ infraud. Credit.*

1956 Inferes 4. Reum esse trium alienatarium, rem alienatam detinentem, modò sit *fraudis complex*, si rem habeat titulo oneroso. *L. 10. §. 2. & 3. ff. eod.*

1957 At verò si rem alienatam habeat titulo lucrativo, sola evenitūs fraus sufficit. *L. pen. C. b. t.*

ibique Doctores communiter.  
*Widmont. b. i. n. 31.*

Inferes 5. Finem primarium 1958 Paulianæ esse: ut creditoribus fictum rei alienatæ dominium adjudicetur, secundarium, ut res, resciptsâ alienatione, quasi nunquam fuissent alienatae, creditoribus restituantur.

Unde facti dominii adjudicatio *Jure actionis* venit, at rerum restitutio mandatur per officii judicis implorationem.

Quæstio mihi fuit proposita: 1960 an casu, quo debitor titulo donationis inter vivos rem alienavit, probandum sit, indebitore fuisse *fraudem consilii*? Ad quam ego cum *Widmont. ad ff. n. 32. b. t.* respondi: solam eventūs *fraudem* sufficere, eò quòd hic donatarius de lucro cando, creditores dedamno vitando certent.

Quæstio: quando aetio Pau. 1962 liana, quæ tamen hic non proponitur, personalis dici possit? sequentem in modum resolvenda est: 1mò, personalis est Pauliana, quando adversus ipsum debitorem datur ad poenam, nempe privationem *beneficii cessio*.

364

*Instit. Lib. 4. Tit. 6.*  
cessione*L. fin. §. 7. ff. h. t. Boehm.  
L. C. §. 30.*

1962 2dō: Si obligationes aut actio-  
nes in fraudem creditorum ef-  
fent remissae v. g. venditi actio  
tanquam personalis adversus  
emptorem intentanda reviviscit.  
*Boehm. L. C. §. 29.*

§. 7.

*Actio serviana*

1963 Est realis *Præatoria arbitraria*,  
quæ datur locatori *adversus con-  
ductorem & alium possessorum*,  
*rerum in prædium illatarum aut  
invectarum & pro pensione hypo-  
thecatarum, ad hoc, ut jus pigno-  
ris declaretur, & res locatori pro  
securitate pensionis extradantur.*  
Ex quo

1964 Colliges 1. Servianam con-  
venire cum aliis realibus, quod  
sit persecutoria juris in re, vi-  
delicet pignoratitii.

1965 Colliges 2. Et cum *Prætoriis*,  
*Jure enim Civili non oriebatur  
actio ex nuda pignoris constitu-  
tione, secus autem de jure *Præ-  
torio*. Boehm. tr. de act. sect. 2.  
cap. 3. §. 96.*

1966 At Petest Cur actio in per-

sonam ex contractu pignoris  
non consurgat? Resp. quia res  
intervenit, & hoc partes non  
intendunt.

Quæres: An est annalis hæc<sup>1967</sup>  
*Præatoria actio?* Resp. negati-  
vè, nam cùm sit rei persecutoria,  
quandoque triginta, vel  
quadraginta annis durat. *Ex  
dicendis inf. de perpet. & tempo-  
ral. act.*

Colliges 3. Extrema Servia-  
næ esse sequentia: 1mum, ut  
allegetur & probetur, prædium  
aliquid pro certa pensione esse  
à reo conductum.

2dum: Res aliquas à condu-  
tore in illud esse illatas, aut in-  
vectas.

3tum: Res illas aut à lege aut<sup>1970</sup>  
ab homine esse pignori subje-  
ctas. 4tum: Res tales à reo, hoc  
est: aut à conductore, aut à  
tertio detineri, ex quibus resul-  
tat conclusio: ut *Judex decla-  
ret, actori in rebus illis jus pig-  
noris reale competere.*

Colliges 4. Actorem esse lo-  
cateorem *Imprimis prædii rustici*  
(insistendo rigori textū §. 7. h. t.)  
*Verlohn. de act. fol. 371. n. 4.)*  
cui illata aut invecta expresso pig-  
nore

nare sunt obligata. arg. l. 4. pr. ff. in quibus Caus. pign. &c.

23. num. 66. ubi hoc fallere dicit in casu specialis hypothecæ constitutæ...

1972 Deinde locatore in prædii urbani (uti sustinet Harp. b. n. 2. cui alii contradicunt) Ego int̄stendum puto judicio. Manz. b. n. 29. quod quia Serviana & quasi Serviana, seu hypothecaria effectibus Juris non differunt, disputationi præsenti immorandum non esse, interim non ea tantum, quæ ex verbis Edicti, sed etiam quæ ex sententia ejusdem descendunt, ex eodem originem trahere.

Deinde reus in Serviana est tertius illatorum, aut invectorum, generaliter oppighoratorum possessor, saltem, si illa post præclusionem, hoc est: inventarizationem, aut arrestum ad eundem pervenissent Manz. b. n. 44. & seq.

At dubium est: Si nondum fuerint præclusa De praxi sentirem negativam facile prævalit turam.... Verum in puncto juris dico: Tertium quoque servianâ pullari posse, licet nulla facta esset præclusio. Harp. ad §. 4. Inst. quibus mod. recont. oblig. num. 29. Ratio est: quia res transfit cum suo onere, arg. l. 15. C. de pign. & Hypoth. jam autem onus pignoris illatis non imponitur per præclusionem, sed illationem. L. 2. & seqq. ff. in quibus caus. pign. tacit. cont.

Non obstat l. 9. ff. in fine in 1973 quibus caus. pign. tac. cont. ubi mancipia ante præclusionem manumitti posse assertur. Nam hoc speciale est favore libertatis. Ex quo argumentum ducitur, quod ubi hic favor deficit, lo-

eius sit Juri Communi. Ita Harp.  
loc. cit.

1979 Colliges 6. Finem primarium  
Serviana esse, ut jus pignoris  
actori competere Judex decla-  
ret, secundarium autem, ut res  
illatas, & inventas pro securita-  
te pensionis, aut locagii reus  
extradat, Hinc illud jure actionis,  
hoc per implorationem  
officii Judicis obtinetur.

### Vers Quasi Serviana.

1980 Est realis quasi Prætoria, quæ  
datur cuicunque creditori pignus  
aut hypothecam extra causam lo-  
cationis habenti contra debitorem,  
aut quemcumque possessorem, ut  
Judex declaret sibi jus pignoris  
vel hypothecæ competere, & reum  
condennet, ad rem pro securita-  
te debiti actori extradendam, aut  
deoccupandam.

1981 Dico 1. Quasi prætoria, quia  
dicitur à privato Juris Consulto  
ad similitudinem Servianæ in-  
troducta.

1982 Dico 2. aut hypothecam, quia  
hæc quoque pro objecto habet  
rem immobilem.

\* \* \*

### §. 8.

#### Actiones Prætoriae personales

Modò explanandæ sunt, 1983  
nempe de constituta pecunia, de  
peculio, & in factum ex jure  
jurando, actione receptitiâ, ut  
pote quæ in eam de constituta  
pecunia est transfusa, omissa.  
Itaque sit

### §. 9.

#### Action de constituta pecunia

Est personalis Prætoria bona, 1984  
fidei, quæ datur creditori adver-  
sus promittentem (sine solennisti-  
pulatione) se soluturum id, quod  
ipse aut alius debet, ad hoc, ut  
promissum solvatur. Lauterb ad  
ff. de Constit. pec. th. 15.

Proficiscitur ex jure Prætorio, 1985  
& pacto... est per petua. L. 2.  
C. h. t. Actor est creditor, cui  
promissio facta... reus est pro-  
mittens... De Jure Noviore  
unum remansit requisitum, ut  
probetur debitum præcessisse. L.  
2. C. h. t.... finis est, ut promis-  
sum solvatur.

Ho-

1986 Hodie cum de moribus ex nudo pacto oratur actio, dubitatur, an haec actio in foro adhuc sit utilis? Videtur dicendum, quod sic: quia geminatio ad huc suos habet peculiares effectus v.g. exclusionem doli, metus, simulationis &c. Vid. Boehm. de act. sect. 2. cap. 7. §. 20. Ego tamen; licet admittam aliquas adhuc inter constitutum & nudum pactum hodie intercedere differentias, quoad requisita actionum tamen nihil interesse puto, cum hodie sufficiat probare promissionem solutionis factam esse, sive debitum præcesserit, sive non. Ita Brunn. ad L. 1 ff. de pecun. Constat.

## §. 10.

## Actio de peculio

1987 Est personalis Prætoria, quæ datar illi, qui cum filio, servo &c. contraxit, aut quasi contraxit, adversus patrem, dominum &c. qui peculium concessit, ad hoc, ut solvat, quantum est in illo peculio. Ex quibus sequitur 1. Actionem de peculio oriri ex quasi contractu, & hinc esse personalem,

nam cum pater sibi reservet dominium peculii, intellige proficitii, & hinc jus illius commodis fruendi, presumitur & intuitu peculii concessi voluisse obligari.

Sequitur 2. Esse Prætoriam. 1988 Ratio est: quia ob necessitatem aut utilitatem fuit à Prætore introducta.

Sequitur 3. Quod regulariter sit perpetua, cum sit rei persecutoria. Manz. n. 26.

Exceptio est: si dissoluta foret patria potestas aut dominica, aut peculium alio modo foret extinctum, ab eo enim tempore est annalis juxta naturam aliarum prætoriarum. Lauterb. ad ff quando peculio act. ann. est. 7

Sequitur 4. Extrema actionis 1991 esse haec: 1um: Filium, aut servum contraxisse. 2um: Eosdem peculium habere... 3um: Illud esse à patre aut domino concessum.

Ex quo resultat conclusio: ut 1992 pater aut dominus constringatur ad solvendum juxta vires peculii id, quod in contractum est deductum.

Unde haec actio locum non 1993 habet in delictis, nec quasi, nisi quate-

quatenus ad patrem, aut dominum aliquid pervenit, aut hic cum advertario litem contestatus fuisset. *Manz. b. n. 30.* Ratio: quia pater ad negotiandum, non ad delinquendum vel quasi, peculium dedit...

**1994** Neque in castrensi, nec quasi peculio actioni de peculio locus est. *L. 18. §. 5. ff. de Castr. Pecul...* quia hoc non est penes patrem.

**1995** Neque in peculio adventitio, nisi cuius pater filio concessit administrationem, uti putat. *Widmont ff. de Peculio n. ult.* At *Manz. n 49. b.* negativam generaliter sustinet, cui & Ego subscribo.

**1996** Sequitur 5. Actorem esse, qui cum filio, profectum, aut cum servo servile peculium habente contraxit.

**1997** Sequitur 6. Reum esse patrem, vel dominum qui peculium suæ potestati subiecto concessit.

**1998** Sequitur 7. Finem esse, ut juxta vires peculii, & legem contractus actori satisfiat.

**1999** Sequitur 8. Patrem ultra vires peculii non teneri, quia ultra eas non presumitur in contractum filii consensisse.

Sequitur 9. Patrem hoc ex 2000 peculio deducere posse, quod filius ipsi aut suis debet. *L. 9. s. peculium 2. ff. de peculio;* quia pater non presumitur hoc filio voluisse concedere. quod sibi debetur. *Manz. b. n. 54.*

Sequitur 10. Quod, licet haec 2001 actio contra patrem deficiat, directa tamen ex contractu detur adhuc adversus filium &c. *Boehm. sect. 2. cap. 10. §. 16.*

Sequitur 11. Quod si pater 2002 filio tot & tanta bona concedat, ut per hoc illum tacite emancipasse videatur, cesset pariter haec actio de peculio, utpote quæ patriam potestatem veluti conditionem sine qua non requirit.

Notandum: quod cum ho- 2003 die bona filiis non soleant concedi, nisi simul emancipientur, hodie non sit magnus hujus actionis usus, eam tamen abolitam esse dici nequit.

## §. II.

### *Actio in factum ex jure jurando*

Est Praetoria personalis, quæ 2004 datur illi, qui legitimè juravit, sibi

*sibi aliquid deberi, aut se jussus habere in re controversa adversus deferentem, ad hoc, ut debitum solvatur, vel jus petitum actori competere declaretur.*

2005 *Fluit 1. Personalem esse, quia oritur ex jurejurando, quod habetur pro quodam quasi contractu, ex rei delatione & actoris acceptatione orto; aut si partes mutuo consensu Juramentum sibi deferant, & referant, quia est species transactionis.*

2006 *Fluit 2. Est Prætoriam, nam licet Juramentum, eo quod ex modo pacto proficiscatur, jure Civili nullam producat actionem, at Prætor æquitate motus ex eodem actionem dedit. Schneid. b.n. 127.*

2007 *Fluit 3. Extrema esse hæc: 1um: ut actor alleget, & quandoque probet, juramentum delatum, & postulatum... 2dum: Illud in continentia acceptatum esse... 3tum: Fuisse realiter præsticum... Et 4tum: Judicis auctoritate. Manz. b.n. 29 & seqq. Quæ omnia ad unum hoc reduci possunt: ut actor probet legitimè juratum esse.*

2008 *Fluit 4. Actorem petere*

*reum condemnari ad illud, in quod juratum est, præstandum, faciendum &c.*

*Fluit 5. Actorem esse, qui 2009 legitimè juravit, hoc est: adversario postulante, & præviâ judicis approbatione.*

*Fluit 6. Reum esse, qui Ju- 2010 ramentum detulit, aut retulit. Dixi: Retulit: Nam juramen- tum non est præcisè præstan- dum, sed referri adversario po- test, sive peti, ut deferens ju- ret. Et hoc casu referens reus est.*

### §. 12.

#### *Actiones pœnales*

*Sive pœnae persecutoriae, eo 2011 quod ex delicto descendant, modò sunt pertractandæ, post- quam de rei persecutoriis, qui- bus rem nostram persequimur, tractatum est.*

*Vars. Velati &c.*

*Actio de albo corrupto*

*Est Præatoria personalis, po- 2012 pularis, quæ datur cuilibet ex populo contra eos, qui Album CCC Pra-*

- Prætoris, in quo edicta proponebat, dolo malo corruperunt ad pœnam 50. aureorum actori applicandam. Ita Doctores. Ex quo*
- 2013 *Habemus 1<sup>o</sup> hanc actionem esse personalem, cum ex delito oriatur, & popularem, hoc est: dari cuivis de populo, ut-pote cujus Majestas lædebat per Albi Prætorii corruptio-nem.*
- 2014 *Habemus 2<sup>o</sup> pœnam illius esse 50. alii dicunt 500. aureorum, & tanquam civilem actori applicandam.*
- 2015 *At quæritur: an hæc actio in ulo fori sit recepta? Berger. de usu act. pœnal. §. 16. sustinet: hodie esse adhuc hujus actionis usum, v. g. in corruptione edictorum, legum, statutorum &c. Præterea statuarum, picturarum publicarum, marmorum &c. Adhæc Insignium tam familiarum, quam jurisdi-ctionis, puta: furcarum &c.*
- 2016 *Verum quamvis fatendum sit cum Boehm tr. de act. sect. 2. cap. 11. §. 33. hæc & similia facta illicita esse, & punienda, inde tamen non infertur: actionem nostram cum suis qualitatibus in forum esse receptam, nam*

## 4. Tit. 6.

1. hodie pro indeole Reip. non est *Popularis*, quia non amplius populi jus, sed Principis vel magistratūs auctoritas læditur.

2dō Pœna non est 50. nec 500. 2017 aureorum, sed arbitraria, mo-nente *Strick. in U.M. de Ju-risd. s. ult.*

3tiō Sicuti quivis de populo 2018 hodie non agit, sed Fiscus, ita etiam pœna huic applicatur. *Boehm. L.C. §. 32.*

Vers. Et in eum &c.

*Action in factum de in Jus  
vocando*

Est *Præatoria personalis pœna* 2019, *lis, quæ datur in jus vocato, cui specialis debetur reverentia, & comparenti, contra sponte vocan-tem sine venia, ad hoc ut pœnam 50 aureorum actori applicandam solvat. Ex quibus*

Concluditur 1. Actorem est 2020 patrem, patronum &c. sinè speciali venia invitos in jus vo-catos, per in jus vocationem enim honor illis personis debitus læditur. Si comparuerint, nam si non comparuerint, agere non possunt,

Cor-

- <sup>2021</sup> Concluditur 2. Reum esse, qui talem personam sine venia in jus vocavit ..., & finem, pœnam 50. aureorum, actori applicandam.
- <sup>2022</sup> Concluditur 3. Actionis nostræ in foro vix illum esse usum, abrogatis hodie, reum obtorto collo, & per apparitorem sine judicis iussu in jus vocandi modis, quibus solis reverentia, certis personis debita, lædebatur, nam cum hodie citatio judicis auctoritate fiat, patet, generalem esse impunitam veniam illi, qui in supplica cum reverentia expressit, personam, quam in jus vocari cupit, esse patrem, patronum &c. Neque ratio apparet, cur specialis venia imputatio hodie sit necessaria, cum causa hujus statutionis proxima hodie cessa<sup>t</sup>. *Boehm. sect. 2. cap. II. §. 34.*

Vers. Item adversus cum &c.

*Actione in factum ex edicto: ne quis in Jus vocatum vi eximat*

- <sup>2023</sup> Est personalis Praetoria pœnalis, quæ datur actori, vocanti adversarium in Jus contra violenter

eximentem, aut impedientem, in id, in quantum actor in litem juraverit. Unde

Vides 1. Extrema hujus actionis esse hæc: 1um: ut actor alleget & probet, à se reum aut obtorto collo, aut per apparitorem in jus vocatum esse. 2um: Reum per adversarium & è manib[us] sibi vi erectum, aut alio modo præpeditum esse, quo minus in jus veniret.

Ex quibus fluit petitum, ut reus condemnetur in id, in quantum actor in litem juraverit, per consequens non tam ve[nit] interesse actoris, quām affe[t]io. *Manz. b. n. 35.*

Vides 2. Hodie adhuc dura[re] hanc actionem quo ad substantiam, cùm nec hodie liceat auctoritatem iudicis violare, licet etiam effectum non habuisse exemptio. *Strick. in U M. ff. lib. 2. tit. 7.*

At queres an poena etiam: <sup>2027</sup> quanti intereat, hodie obtineat? Resp. negativè, cùm hodie per citationem licet effectum non sortitam, præscriptio interrumptatur. *L. 2. C. de ann. Except. Strick. loc. cit. tit. 10.*

## §. 13.

## Actiones præjudiciales

<sup>2028</sup> Sunt actiones ~~Civiles~~, quæ dantur afferenti certum statum contra negantem, aut neganti contra afferentem ad hoc, ut actor vel reus illius statutus homo declaretur.

## Prima actio præjudicialis

<sup>2029</sup> Affirmativa est Civilis, quæ datur domino contra servum in possessione vel quasi libertatis constitutum, ad hoc, ut actor dominus declaretur.

<sup>2030</sup> Negativa est Civilis, quæ datur à statu servitutis libero contra dominum in servitutis possessione, vel quasi constitutum, ad hoc, ut actor liber declaretur.

<sup>2031</sup> Actionis affirmativa extre-  
mum est, ut allegetur & probetur Jus servitutis. Ratio est: quia cum reus reperiatur in pos-  
sessione libertatis, militat con-  
tra auctorem præsumptio servi-  
tutis exclusiva.

<sup>2032</sup> Actionis negativæ extremum  
est, ut allegetur & probetur li-

bertas. Ratio est: quia posses-  
sio servitutis præsumptionem  
libertatis excludit.

Hodie in locum harum actio. <sup>2033</sup>  
num directarum frequentantur  
præjudiciales utiles, & ex in-  
terpretatione Juris-Consulto-  
rum descendentes, seu actiones,  
quæ dantur domino contra homi-  
nes proprios, adscriptitios, cen-  
sitas, aut etiam subditos, in pos-  
sessione vel quasi libertatis consti-  
tutos, ad hoc, ut actor declare-  
tur dominus.

## Secunda actio præjudicialis

Affirmativa competit patrono <sup>2034</sup>  
contra libertum in possessione vel  
quasi ingenuitatis constitutum,  
ad hoc, ut actor patronus declare-  
tur vel competit liberto contra pa-  
tronum in possessione contraria  
existentem, ad hoc, ut actor li-  
bertus declaretur.

Negativa competit Ingenuo à <sup>2035</sup>  
statu libertinitatis libero contra  
patronum in possessione vel quasi  
juris patronatus constitutum, ad  
hoc ut actor ingenuus declaretur.  
Vel competit patrono à statu pa-  
tronatus libero contra libertum  
in possessione vel quasi libertinita-  
tis

*tis constitutum ad hoc, ut actor ab hoc statu liber declaretur.*

2036 Extremum affirmativæ est, ut patronatūs aut libertinitatis statutus, negativæ autem, ut libertas ab hoc statu allegetur & probetur.

2037 Ad Exemplum harum dantur hodie actiones utiles, tam affirmativa, competens domino, qui hominem proprium manumisit. contra manumissum in possessione vel quasi ingenitatis constitutum, ad hoc, ut actor quasi patronus declaretur; quamvis negativa competens quasi Ingenuo contra patronum, in possessione vel quasi patronatūs constitutum, ad hoc, ut actor ingenuus declaretur.

### Tertia actio præjudicialis

2038 Affirmativa est actio Prætoria competens patri contra filium in possessione vel quasi libertatis constitutum, ad hoc, ut actor vel pater vel paterf. declaretur. Vel est actio competens filio, aut filiof. contra patrem in possessione vel quasi libertatis constitutum, ad hoc, ut actor filius, vel filiusf. declaretur.

Negativa est actio Prætoria<sup>2039</sup> competens patri aut matri à statu pa- aut maternitatis liberis contra filium, aut filiumf. in possessione vel quasi filiationis, seu familiæ constitutum, ad hoc, ut actor ab hoc statu liber declaretur. Vel est actio competens filio, à statu filiationis, aut familiæ libero contra patrem in possessione vel quasi constitutum ad hoc, ut actor ab hoc statu liber declaretur.

Extremum actionis negativæ<sup>2040</sup> est, ut actor libertatem à statu paternitatis, aut filiationis alleget, & probet, affirmativæ autem, ut actor statum paternitatis aut filiationis doceat. Ratio est in præsumptione ex possessione rei orta.

### §. 14.

#### Condictio furtiva

Est actio personalis Civilis, rei<sup>2041</sup> persecutoria, quæ datui domino rei furto ablatæ, vel ejus hæredem, contra furem, ejusve hæredem, ad hoc, ut aut res unâ cum fructibus; aut in subsidium ejus æstimatio detur. Vid. Boehm, ad ff.

374 *de cond. furt. §. 2. Manz. ad Inst. b. n. 29.* Ex quo

2042 Nota 1. Conditionem furtivam esse personalem Civilem, non poenalem. *Boehm. in tr. de act. fest. 2. cap. 5. §. 34.* Ratio est: quia immediatè ex legis æquitate descendit, licet delictum, vel furtum requiratur *ut causa sine qua non.*

2043 Nota 2. Extrema hujus actionis esse: *imum:* Ut dominium, vel bonæ fidei possessio allegetur, tum quia per *L. I. ff. de condic. furt.* ex parte auctoris requiritur dominium, cum petat sibi dari, tum quod B. f. possessor sit loco domini.

2044 Nota 3. *Dixi dominium allegari:* etenim ut probetur, non est necesse. Ratio: quia in hac actione non de jure dominii principaliter, sed de obligatione furis agitur.

2045 *adum Extremum est:* ut allegetur & probetur rem ab auctore possessam sibi à reo vel ejus auctore universalis esse furto ablatam. Ratio: quia licet furturnon sit causa efficiens hujus actionis, est tamen *conditio sine qua non.* Ubi insuper

2046 Observa: Formale furti, seu

malitiam non esse ad hanc actionem necessariam, sed sufficere materiale, seu factum furtivum. Ratio: quia actio non est poenalis, sed Civilis rei persecutoria.

Nota 3. Auctorem in conductio 2047 ne furtiva esse dominum, aut bonæ fidei possessorem, quibus res est surrepta, auctorum heredem. Ratio est: quia hi soli possunt obtainere nostræ actionis finem, nim. ut res furto ablata detur.

Nota 4. Reum hæc actione 2048 convenientem, esse furem, aut ejus heredes, licet rem furtivam non detineant. *Manz. b. t. §. 14. num. 23.* Ratio est: tum in odio furum, ut pluribus actionibus pulsari possint, tum quod æquitas legis, ut causa proxima hujus actionis, quoque heredes stringat.

Nota 5 Finem conditionis 2049 furtivæ esse, ut res unà cum fructibus detur, aut rei casu etiam peremptæ estimatio præstetur. Ratio est: tam quia hæc actio est rei persecutoria, tum ne fur ex fructibus sine titulo fiat locupletior, tum quod fur sit in perpetua mora.

## §. 15.

*De differentia actionis realis & personalis nominali*

<sup>2050</sup> Actio realis dicitur vindicatio, quia illa afferit suum, vel jus reale, personalis autem appellatur conditio, quasi repetitio.

## §. 16.

*Tertia divisio actionis in rei, & poenae persecutoriam, nec non mixtam*

<sup>2051</sup> Actio à causa finali dividitur in rei & poenae persecutoriam, nec non mixtam, ex hac ratione, quia ex fine libelli, in quo proponitur, petitum seu modum petendi discimus.

## §. 27.

*Actio rei persecutoria*

<sup>2052</sup> Est, quæ datur actori ad consequendum à reo id, quod illi ex patrimonio aheft, sive id ejus sit, & ab alio detineatur, sive eidem debeatur. Ita ferè Harp, b. n. 2.

Ubi nota cum Imp. h. omnes <sup>2053</sup> actiones reales esse rei persecutorias, & ferè omnes personales ex contractu descendentes. Dixi: ferè: quia actio depositi, incendiī aut ruinæ tempore facti, & per depositarium diffessi est mixta. Vid. Manz. h. n. 5. Itaque

*Prima actio rei persecutoria, conditio certi ex mutuo*

Est personalis, Civilis, bona<sup>2054</sup> fidei, quæ datur mutuanti contra mutuatarium ad hoc ut res mutuo datæ actori in eodem genere, bonitate in- & extrinseca redantur. Ubi

Notandum pro regula gene<sup>2055</sup> rali, ne paginam repleamus, actorem esse, cui datur, reum esse, contra quem actio datur. Extrema esse contractus, & illius qualitates; finem autem esse omne id, quod ex quolibet contractu vel aliunde debetur.

\* \* \*

*Secun-*

*Secunda actio rei persecutoria, condicō certi ex stipulatione*

2056 Est personalis, quae datur stipulatori contra promittentem, ad hoc, ut reus rem, aut factum, promissa, & in stipulationem deducta præstet.

*Tertia actio rei persecutoria, commodati directa*

2057 Est personalis, bonæ fidei, quæ datur commodanti contra commodatarium, ad hoc, ut restituatur res commodata integra, & salva, una cum fructibus, pretio deteriorationis, & Interesse, nec non damna minima negligenter data refundantur.

*Quarta actio rei persecutoria, commodati contraria*

2058 Est personalis, bonæ fidei, quæ datur commodatario contra commodantem, ut reus solvat, quanti actoris interest (v. g. si commodata res sit ante finitum

usum repetita) *damna reficiat, ex vitiosa re commodata illata, vel refundat expensas necessarias.*

*Quinta actio rei persecutoria, depositi civilis directa*

Est personalis, bonæ fidei, quæ 2059 datur deponenti contra depositarium, ad hoc, ut res deposita restituatur una cum fructibus & usuris à tempore moræ, aut damnadolo, & culpa vel vera vel præsumpta data reficiantur.

*Sexta actio rei persecutoria, depositi civilis contraria*

Est personalis, bonæ fidei, quæ 2060 datur depositario contra deponentem, ad hoc, ut reus expensas in rem depositam factas, & *damna eatenus perpeccata reficiat.*

*Actio depositi miserabilis  
Pratoria*

Est pœnalis, que datur de- 2061 ponenti contra depositarium, qui tempore ruinæ, incendii, aut tunul-

tumultus depositum recepit, & datur socio contra socium ad hoc, illud negat, infra annum, ut duplum reus præstet.

### Septima actio rei persecutoria, mandati directa

2062 Est personalis, bonæ fidei, quæ datur mandanti contra mandatum, ad hoc, aut ut reus mandatum exequatur, vel interesse præstet, aut rationes gestionis reddat, fructusque perceptos restituat, aut rem adipsum ex mandato per ventam tradat, aut damage etiam levissimam culpam, uti appellant, data reficiat, & interesse ob non servatos fines mandati præstet.

### Octava actio rei persecutoria, mandati contraria

2063 Est personalis, bonæ fidei, quæ datur mandario contra mandatorem, ad hoc, ut reus rem mandatam recipiat, sumptus in exequendo mandato factos, & quanti actoris interest, præstet.

### Nona actio rei persecutoria, pro Socio

2064 Est personalis, bonæ fidei, quæ

datur socio contra socium ad hoc, ut reus lucrum communicet, etenus rationes reddat, damnum dolo aut latè culpæ datum reficiat, aut expensas ex suo necessario factas refundat. Nota: Culpam hic non habere effectum nisi levis, ut ajunt. Vid. n. 1677.

### Decima actio rei persecutoria, empti

Est personalis, bonæ fidei, quæ 2065 datur emptori contra venditorem, ad hoc, ut reus rem tradat, cum omnibus accessionibus, nec non damage dolo, culpæ, & me-<sup>popp: b. c. l.</sup> diæ negligentie data, evictionem, deponitatem. Interesse, aliaque promissa præstet.

### Undecima actio rei persecutoria, venditi

Est personalis, bonæ fidei, quæ 2066 datur venditori adversus emptorem ad hoc, ut reus pretium solvat, unâ cum usuris, & sumptus in rem factos reficiat.

\* \* \*

ddd

Duo-

*Duodecima actio rei persecutoria, locati prædii*

<sup>2067</sup> Est personalis, bonæ fidei, quæ datur locatori prædii (idem est de alia re) contra conductorem ad hoc (1.) ut reus pensionem conventionam solvat. (2.) finito tempore rem locataui reddat. (3.) damnum dolo, culpa, aut mediâ negligentia illatum. (4.) Interesse ob dilatam restitutionem reficiat (5.) ob malam versationem, aut proprii usûs necessitatem, tempore licet nondum finito, domo locatæ excedat.

*Decima tertia actio rei persecutoria, locati operis*

<sup>2068</sup> Est personalis, bonæ fidei, quæ datur locatori operis aut conductori operarum contra conductorem operis, aut locatorem operarum, ad hoc, ut reus opus conductum perficiat, interesse præstet, si contra formam præscriptam sit factum, vitium admissum emendet, opus ab solutum, probatum que præstet, & damnum licet minima negligentia datum reficiat.

*Decima quarta actio rei persecutoria, conducti prædii*

<sup>2069</sup> Est personalis, bonæ fidei, quæ datur conductori prædii (idem est de alia re) contra locatorem ad hoc (1.) ut reus usum rei conductæ, & cessans eatenus Interesse præstet (2.) prædium eollapsum restauraret, vel pro rata mercedem remittat. (3.) expensas refectionis necessarias refundat. (4.) patiatur ex justa causa v.g. ob periculum ruine actorem emigrare. (5.) ob sterilitatem pensionem remittat, aut (6.) damna vitio rei locatæ perpesta præstet.

*Decima quinta actio rei persecutoria, conducti operis*

Est personalis, bonæ fidei, quæ datur conductori operis, seu locatori operarum, contra locatorem operis, seu conductorem operarum ad hoc, ut reus mercedem juxta contractus legem actori ex solvat.

## §. 18.

## Prima actio pœna persecutoria, furti manifesti

<sup>2071</sup> Est personalis, præatoria, merè pœnalis, quæ datur omnibus, quorum interest (etiam non domino) contra furem, & illius adjutores, ad hoc, ut reus pœnam quadrupli præstet.

## Secunda actio pœna persecutoria, furti non manifesti

<sup>2072</sup> Est personalis, Civilis, merè pœnalis, quæ datur omnibus, quorum interest contra furem, & adjutores ad pœnam dupli pendendam.

## §. 19.

## Prima actio mixta, bonorum raptorum

<sup>2073</sup> Est personalis, Præatoria, quæ datur omnibus, quibus res per vim eruptæ sunt, contra dolosum raptorem, infra annum in quadruplum, post annum in simpulum.

Ubi Notandum est: Actio-<sup>2074</sup> nes mixtas hic ideo dici, quia partim rei, partim pœnae sunt persecutoriæ, quadruplo enim hic præstanto inest aestimatio, adeoque ultra estimationem non præstatur, nisi triplum, quod in quadruplo furti manifesti secus est. Vid. Manz. b. n. 9.

Secunda actio mixta,  
legis Aquiliae

Est personalis, Civilis quæ<sup>2075</sup> datur damnificato contra damnicantem, ad hoc, ut damnum, etiam culpâ levissimâ omissionis datum, reficiatur.

Observandum autem: actio.<sup>2076</sup> nem legis Aquiliae ideo mixtam dici, tum quia contra inficiantem in duplum datur, quod partim pœnam continet, partim rei aestimationem, tum quod illâ persequamur id, quanti plurimi res valuit integro anno retro, aut infra 30. dies proximos.

Extremum actionis Aquiliae<sup>2077</sup> est: ut allegetur & probetur damnum culpâ datum esse. Ratio est: quia hæc actio pro fonte habet delictum.

*Tertia actio mixta, ex  
testamento*

2078 Est personalis, Civilis, quæ datur pia cause contra hæredem v.g. negantem, aut differentem sine causa legata, aut fideicomissa piis causis relicta solvere, in duplum.

2079 Extrema sunt 1. Ut relictum allegetur & probetur 2. Ut doceatur mendacium aut injusta in præstanto relicto commissamora, unde patet hanc actionem esse partim poenalem.

§. 20.

*Actio alia mixta*

2080 Est, quæ partim in rem, partim in personam est directa, seu ad præstat:ones tam reales, quam personales.

*Prima actio mixta, familiæ herciscundæ*

2081 Est Civilis, duplex, bonæ fidei, quæ datur cohæredi contra cohæredem, ad bac, ut hæreditas communis dividatur, & præsta-

tiones personales adjudicentur.  
Unde

Videmus 1. Actionem hanc 2082 esse mixtam, quia illâ partim portionem hæritariam, quæ nostra est, ab altero cohæredum vindicamus, partim præstatio-nes personales v. g. acceptum commodum, aut incommodo-  
rum, sive fructus & expensas ex quasi contracitu condicimus.

*Manz b. n. 9.*

Videmus 2. Actionem hanc 2083 esse duplicem, quia uterque cohæredum & actoris, & rei vices sustinet.

Videmus 3. Extrema actio- 2084 nis familie herciscundæ esse. 1mum: Ut actor à reo ut cohæ- res agnoscatur, sive ex testa-mento, sive ab intestato. 2dum: Ut allegetur & probetur hæ-reditatis communio.

Dixi: ut actor quæ cohæres 2085 agnoscatur. Etenim si reus ne- get actorem cohæredem esse, regulariter alio Judicio agen-dum est, nim, petitione hæ-reditatis.

Videmus 4. Finem hujus 2086 actionis alterum esse hæreditatis communis divisionem. Ratio est: quia cum universale sit hoc

Ju.

Judicium, hæreditatem, hoc est: commoda & incommoda continet. Unde

2087 Videmus 5. Finem actionis nostræ alterum esse præstatio-nes personales, v.g. ut si quid dolo vel culpâ unius cohæredis sit amisum vel deterioratum, aut quid sumptuum factum, hoc refundatur, & fructus ultra debitum percepti contribuantur.

### Secunda actio mixta, com-muni dividendo

2088 Est Civilis, duplex, bone fidei, quæ datur habenti rem titulo sin-gulari cum alio communem con-tra alterum, ad hoc, ut res com-munes dividantur, & præstatio-nes personales fiant. Unde

2089 Deducimus 1. Extrema hu-jus actionis esse 1um: rerum singularium communionem, si-ve ex contractu societatis sive aliunde descendenter, 2dum: res communes esse pro indiviso & communi nomine admini-stratas.

2090 Deducimus 2. Finem nostræ actionis esse rerum singularium divisionem, & præstaciones personales.

### Tertia actio mixta, fi-nium regundorum

Est Civilis, duplex, quæ datur 2091 habenti confines agros contra vi-cinum, ad hoc, ut fines confusi regantur, seu restituantur, vel novi termini constituantur, nec non fructus & interesse præsten-tur. Ex quibus

Colligimus 1. Extrema actio-2092 nis finium regundorum esse 1um: Ut allegetur & probe-tur prædiorum rusticorum seu agrorum confinitas. 2dum: Ut fines allegentur, & probentur.

Colligimus 2. Actorem esse 2093 habentem prædium confine sive dominium aut quasi illius ha-beat, sive aliud jus in re, reum autem illum, qui detrectat fi-nium reparationem, aut con-stitutionem.

Colligimus 3. Finem esse 2094 tum ut limites agrorum regan-tur, hoc est: reparentur aut constituantur, tum ut fructus interim percepti restituantur, & expensæ refundantur.

\* \* \*

positi miserabilis Prætoria, ex  
testamento, nec non

§. 21.

*Quarta divisio in actio-  
nem simpli, dupli, tri-  
pli, & quadrupli:*

§. 22.

*Actio simpli*

2095 *Est quæ datur ad hoc, ut rem  
nostram vel nobis debitam, aut  
pœnam absque ulla dupli-vel qua-  
druplicatione consequanur, qua-  
les sunt actio mutui ad rem fun-  
gibilem, actio empti ad mer-  
cem, venditi ad pretium; Imo  
actio legis Aquiliæ contra con-  
fidentem damni illationem. Ra-  
tio est: cum hic pretium quanti  
plurimi non duplicetur.*

§. 23.

*Actio dupli*

2095 *Datur ad hoc, ut actor præter  
rem debitam aliquid ultrà con-  
sequatur, quod æstimationem  
ejus rei duplo excedat. Tales sunt  
actio furti non manifesti, legis  
Aquiliæ contra negantem, de-*

*Actio servi corrupti*

Seu personalis, Prætoria, mixta,  
pœnalis, quæ datur domino  
servi. cuius animus corruptus  
est, contra corruptem, hoc  
est, consulentem, aut hortan-  
tem, ut servus deterior fiat, in  
duplum. Ex quo

Deduces 1. *Premium deterio-  
rationis hinc duplari, v.g. si ser-  
vus ob corruptionem 10. flore-  
nis minoris valeat, præstandi  
sunt viginti, ultra id, quanti  
domini interest.*

Deduces 2. *Hodie contra cor-  
ruptores filiorumf. famulorum  
domesticorum, aut aliorum  
subditorum, dari utilem ser-  
vi corrupti actionem, ad præ-  
standum id, quanti valent, ope-  
ræ, aut alia commoda patri,  
hero, aut domino cessantia.*

§. 24.

*Actio tripli, condicitionis  
de sportulis*

*Est personalis, Civilis, mixta,  
quæ*

*quæ datur reo contra actorem, qui per fraudem plus in libello complexus est, ut ille plures sportulas exsolveret, in triplum sportularum. Unde*

<sup>2101</sup> Patet: Quod, cum hodie sportulæ, seu salario Judicium, & nuntiorum non prætentur juxta quantitatem summæ in Judicium deductæ, vix sit hujus actionis usus.

## §. 25.

*Actio quadrupli*

<sup>2102</sup> Datur ad hoc, ut præter rem debitam actor ultrâ aliquid consequatur, quod aestimationem quadruplo excedat, quales sunt actio furti manifesti, actio quod metus causa, actio in factum contra calumnatores, & condicione ex lege contra executores.

*Prima actio quadrupli, condicione ex lege contra executores*

<sup>2103</sup> Est actio personalis, Civilis, mixta, quæ datur partibus litigantibus contra ministros publicos, aliquid dolo malo exigentes

*ultra sportulas debitas in quadruplum.*

*Secunda actio quadrupli, de calumniatoribus*

Est personalis, Prætoria, mixta,  
*quæ datur contra accipientem pecuniam, ut alteri in Judicio calumnia fiat, infra quantum in quadruplum, & post in simplum.*

*Tertia actio quadrupli, quod metus causâ*

Dabitur infr de arbit. act. <sup>2105</sup>

*Quarta actio quadrupli, furti manifesti*

Est supra explicata. <sup>2106</sup>

## §. 26. &amp; 27.

*Differentia actionum dupli & quadrupli*

Stat in eo: quod nonnullæ <sup>2107</sup> actiones in duplum dentur in casu inficiationis, v. g. legis Aquiliæ, aliæ autem in duplum simpliciter, ut furti non manifesti,

festi, sic pariter actiones in quadruplum semper tales sunt, unicâ exceptâ, nimirum quod metus causâ, quâ eo demum casu in quadruplum agimus, si reus à Judice ad restitutionem condemnatus sententiæ parere detrectet. Harp. b. §. 26. § 27.

## §. 28.

*Quinta divisio in actionem bona fidei, stricti juris, & arbitrariam*

<sup>2108</sup> Probatur ab Harp. b. §. n. 11. per L. in actionibus 5 ff. de in litem Jur. ubi actio arbitraria actioni bona fidei & stricti Juris opponitur.

*Primum membrum divi- dens, Actio bona fidei*

<sup>2109</sup> Est, quæ ex negotio bona fidei proficiuntur. v. g. empti - venditi, locati - conducti, mandati, depositi &c. Sunt autem negotia bona fidei, juxta dicta quæ ad certam juris Civilis formulam non sunt restricta. Unde

<sup>2110</sup> Colliges 1. Regulam à Do-

ctoribus traditam : *actiones* §. 28. aut ex - aut implicitè enumera- rata esse bouæ fidei, alias autem stricti Juris; non posse sanâ ratione admitti. Ratio patet ex sola actione mutui, quæ, licet hic nequidem implicitè sit enumera- rata, attamen est bona fidei, cum ex negotio bona fidei de- scendat. *não nō probatur*

Colliges 2. In actione bona fidei judicem ex æquo & bono judicandi habere liberam potestatem. Ratio est : quia, cum hæc actio proficitur ex nego- tio naturali, judex in judicando neque ad ullam formulam, neque ulla verba est adstrictus.

Colliges 3. Dubium non esse, <sup>2112</sup> quin actiones in hoc §. 28. enumera- ratae partim explicatae, partim adhuc explanandæ, sint bona fidei, ex ratione, quod ex ne- gotiis bona fidei oriuntur. Ex quo

Colliges 4. Prima bona fidei <sup>2113</sup> est actio empti. Secunda ven- diti. Tertia locati. Quarta con- ducti. Quinta mandati. Sexta depositi. Nona commodati. Decima familiæ herciscundæ. Undecima communi dividun- do.

*Duodecima bona fidei actionis negotiorum gestorum directa Decima tertia bona fidei actionis negotiorum gestorum contraria*

<sup>2114</sup> Est personalis, rei persecutoria, quæ datur domino, cuius absentis, aut ignorantis negotia gesta sunt, contra gestorem, ad hoc, 1. ut reus rationes administrationis reddat. 2. pervenia cum usuris restituat, & 3. damnum etiam minimam negligentia datum reficiat. Vid. quo ad rem. Boehm. ad ff. de Negot. gest. Ex quibus

<sup>2115</sup> Patet 1. Actorem esse dominum negotii, quod ipso absente aut ignorantie gestum est; reum autem esse gerentem negotium gratis, & sine mandato, etiam tacito.

<sup>2116</sup> Patet 2. Extremum hujus actionis, quo ad 1um & 2dum finem, esse, ut actor alleget, & probet negotium suum à reo gestum esse, & quo ad 3tum, ut probetur damnum culparum, aut etiam minimam negligentiam datum.

Est personalis, rei persecutoria,<sup>2117</sup> quæ datur illi, qui utiliter alterius negotium gessit contra dominum, ad hoc, ut indemnitudinem suam actor consequatur, hoc est: expensarum necessariarum & utilium, nec non ejus, quod ob causam negotii gesti eidem abest, refusionem. Ita ferè Boehm. loc. cit.

§ 8.

Extrema hujus actionis sunt<sup>2118</sup> 1um: Ut actor nim. gestor probet utile negotium rei, scilicet domini, gestum esse. 2dum: expensas esse erogatas, aut abesse aliquid actori occasione gesti negotii.

*Decima quarta bona fidei actionis tutelæ directa*

Est personalis, rei persecutoria,<sup>2119</sup> quæ datur puberi contra tutorem ad hoc, ut tutor finitam tutelam actori rationes administrationis reddat, res ad ipsum per ventas restituat, & damage dolo, culparum aut

Eee

\* \* \*

*aut mediâ negligentia illata reficiat.* Manz. b. s. n. 4. Unde

2120 Vides: Extrema hujus actionis esse, i<sup>m</sup>um: Ut actor, nim, pubes doceat quasi contra*ctum tutelæ*, & 2dum: Ut probet culpam aut medium negligentiam à reo, nempe tuto-  
re, esse commissam.

### Decima quinta bona fidei actio, tutelæ contraria

2121 Est personalis, rei persecutoria Praetoria, quæ datur tutori contra puberem, ad hoc, ut tutelæ finita actori tutori pubes reus expensas in tutelam factas reficiat, aut operas, ab illo, non ut tute*re præfitas, bonifaciat.* Ex quo

2122 Habes: Extrema actionis tutelæ contrariae esse tutelæ administrationem, expensarum erogationem, aut operarum præstationem.

### Decima sexta bona fidei actio, pignoratitia directa

2123 Est personalis, rei persecutoria, quæ datur debitori contra credito*rem, qui pignus recepit, ad hoc,*

*ut soluto debito pignus restituat, damna mediâ negligentia data reficiat, nec non lucrum & fructus reddat.* Inde

Patet: Extrema hujus actio 2124  
nis esse: i<sup>m</sup>um: Ut actor nim. debtor alleget, & probet pignus, reo sc. creditori, datum esse. 2dum: Ut doceatur debitum solutum esse, aut ut in Judicio offeratur.

### Decima septima bona fidei actio, pignoratitia contraria

Est personalis, rei persecutoria, 2125  
quæ datur creditori contra debito*rem, ad hoc, ut reus nim. de-*  
*bitor actori nempe creditori in-*  
*demnitatem præstet, hoc est:* ut ob rem alienam, vitiosam,  
vel alteri obligatam pignori da-  
tam aliud pignus (*ex probabili*  
*sententia*) constituat, vel inter-  
esse præstet, *damna ex vitio*  
*pignoris illata resarciat, & pig-*  
*nus dolo, fraude, vel precario*  
*receptum restituat.*

Extrema hujus actionis sunt. 2126  
i<sup>m</sup>um: Ut allegetur contra*ctus pignoris, & probetur. 2dum:*

Ut

Ut damnum vel interesse ex tractu ab una parte impleto, in præmissis fontibus dimanans teresse præstando. doceatur.

*Decima octava fidei bona  
actio, præscriptis ver-  
bis in genere*

2127 Est personalis, Civilis, quæ datur habenti obligationem ex contractu innominato contra obligatum, ad hoc, ut reus secundum præscriptam verborum adimpleat contractum innominatum, aut interesse præstet. Ubi

2128 Concludo 1. Contra plures: actionem præscriptis verbis esse bonæ fidei, L. 24 ff. de præscript. verbis. Ratio est: tum quod contraetus innominati, ex quibus descendit, non sint formularii, tum quod magnam cum aliis negotiis, quæ bonæ fidei sunt, habeant affinitatem.

2129 Concludo 2. Hodie, cum contraetus innominati, uti & pacta ad similitudinem stipulationum, poenitentiam non admittant, actione præscriptis verbis agi posse præcisè ad contractus implementum, neque reum regulariter defungi, con-

*Decima nona fidei  
actio, præscriptis ver-  
bis estimatoria*

Est personalis, Civilis, quæ 2130 competit illi, qui dedit rem æstimatam pro certo pretio ad vendendum contra accipientem, ad hoc, ut aut ipsam rem incorruptam reddat, aut estimationem convenientam præstet. Ubi

Dico: Actionem hanc esse 2131 bonæ fidei. Ratio stat in principiis tuperæ astructis, eò quod hic contraetus non sit formularius,

*Vigesima actio bona fidei,  
præscriptis verbis ex  
permutatione*

Est personalis, Civilis, quæ 2132 datur illi, qui rem certam animo permutandi alteri dedit contra accipientem, ad hoc, ut reus vicissim rem tradat, ~~aut rem accepitam restituit~~, aut Interesse præstet.

*Vigesima prima actio bona  
fidei, petitio hæreditatis*

<sup>2133</sup> *Est universalis, mixta, quæ  
datur vero hæredi post aditam hæ-  
reditatem contra illum, qui pro-  
hærede, aut pro possidente posselet,  
aut dolo desit possidere, ad hoc,  
ut auctor hæres declaretur, & hæ-  
reditas cum omni causa restituatur.  
Unde*

<sup>2134</sup> *Sequitur 1. Petitionem hæ-  
reditatis esse actionem univer-  
salem, quia universa jura, sive  
commoda sunt, sive incommo-  
da, in illam veniunt.*

<sup>2135</sup> *Sequitur 2. Actionem po-  
stram esse mixtam in sensu supra  
explicato. Vid. Chil. Exercit.  
jurid. n. 374. Ratio est: quia  
illâ tam hæreditatem ut no-  
stram, quam præstationes per-  
sonales v.g. quod à debitoribus  
hæreditariis exactum est, nec  
non pretia rerum &c. petimus*

<sup>2136</sup> *Sequitur 3. Actorem esse ve-  
rum hæredem, reum verò il-  
lum, qui se hæredem dicit, sed  
hæres non est, aut qui nullum  
suæ possessionis titulum allegare  
potest, aut qui dolo desit possi-  
dere.*

Sequitur 4. Extrema Peti- <sup>2137</sup>  
tionis hæreditatis esse: i mu-  
tio: Ut auctor doceat se hæredem esse,  
hoc est: defunctum esse illum,  
de cuius successione agitur, nec  
non hæreditatem mediante adi-  
tione, aut immixtione esse ac-  
quisita ., 2dum: Reum res hæ-  
reditarias possidere pro hærede,  
vel possidente, aut dolo desuisse  
possidere.

Sequitur 5. Finem Peti- <sup>2138</sup>  
tionis hæreditatis esse, ut auctor hæ-  
res declaretur, & hæreditas  
cum omni causa jure actionis re-  
stituatur.

*Vigesima secunda bona fidei  
actio, ex mutuo  
certi condicō*

Descripta est superius, qua- <sup>2139</sup>  
quod sit bonæ fidei, ratio est,  
quia non descendit ex contractu  
formulario Non obstante. L.  
24. ff. Præs. verbis. ubi usus ex  
mutuo non debentur, quia hoc  
ideo non est, quod contractus  
sit stricti juris, sed cum gratui-  
tus esse debeat.

*Vigesima tertia actio bona fidei, ex testamento*

2140 Est personalis competens illis, quibus aliquid in testamento relictum est contra hæredem, qui hæreditatem adivit, ad hoc, ut relictum cum omni causa præstet. Ubi

2141 Nota: Actionem hanc esse bonæ fidei, nam licet olim legata fuerint formularia, quia tam postea fuerunt fideicommissis ex æquata judiciis bona fidei sunt annumeranda. L. 34. ff. de usur. §c. Boehm. tr. de act. sect. 1. cap. 3. §. 35. § 6.

*Vigesima quarta bona fidei actio, finium regundorum*

2142 Descripta est: quam bona fidei esse probat. L. 8. s. 1. ff. fin regund. Ex ratione, quia fons illius non est contractus formularius, ex quo unicè dependet indeoles actionis stricti juris.

\* \* \*

*Vigesima quinta bona fidei actio, condic̄io indebiti*

Est personalis, quæ datur sol 2143 venti naturaliter indebitum per errorem facti contra accipientem bonæ fidei, ad hoc, ut indebitum restituatur cum omnibus accessoriis & fructibus. Ubi

Vides: Hanc actionem esse 2144 bonæ fidei, quia in sola æquitate fundatur. L. 14 ff. de condic̄. indeb. Non obstante, quod usuræ in eam non veniant, etenim indebitum restituendi tantum obligatio contrahitur, quale non sunt usuræ. Boehm. tr. de act. sect. 2. cap. 5. §. 29.

*Vigesima sexta bona fidei actio, funeraria*

Est personalis, quæ datur funeranti contra illum, ad quem funus pertinet, ad hoc, ut reus impensis in funus factas restituat.

Unde

Patet: Funerariam esse bona 2146 fidei, tum quod in L. 14. s. 6. de Religios. dicatur nasci ex æquo & bono, tum quod non confur-

Eee 3

gat

gat ex negotio formulario, sed  
quasi contractu.

## §. 29.

*Vigesima septima bona fidei  
actio, donati*

*Vigesima nona bona fidei  
actio, ex stipulatu de  
dote petenda*

<sup>2147</sup> Est personalis, quæ datur do-  
natario contra donantem, ad hoc,  
ut reus rem donatam præstet.  
Ubi

<sup>2148</sup> Observandum: Olim dona-  
tionem fuisse negotium stricti  
juris, prout probatur per L.  
22. ff. de Donat. Ex ratione,  
quod nudum pactum esset, vel  
solemni scriptura, vel verbis per-  
ficiendum, at hodie cum etiam  
nudum pactum actionem pro-  
ducat, actio donati ex negotio  
formulario non proficiscitur.  
Boehm. sect. I. C. 3. §. 40.

*Vigesima octava bona fidei  
actio, de constituta  
pecunia*

<sup>2149</sup> Explanata est suprà, ubi illam  
bonæ fidei dixi, eò quod  
ex æquitate naturali intro-  
ducta sit, neque cancellis for-  
mulæ inclusa. Boehm. loc. cit.  
§. 42.

Est personalis, Civilis, quæ <sup>2150</sup>  
datur marito stante matrimonio  
contra illum, qui dotem promisit,  
ad hoc, ut acto nim. maritus  
illam à reo, sc. promittente con-  
sequatur, unà cum fructibus  
& usuris.

Dico: Actionem nostram esse <sup>2151</sup>  
bonæ fidei contra regularem na-  
turam actionis ex stipulatu, ve-  
luti negotio formulario, & stricti  
juris. Ratio stat in favore mari-  
monii, ubi Imp. b. s. bonam fi-  
dem voluit exuberare.

*Trigesima bona fidei actio,  
ex stipulatu de dote  
repetenda*

Est personalis Civilis, quæ da-<sup>2152</sup>  
tur uxori, vel illius patri contra  
maritum, aut illius heredem, ad  
hoc, ut reus nim. maritus acto-  
ri, sc. uxori dotem numeratam re-  
stituat, unà cum usuris, fructi-  
bus,

*bus, & damnis. Descriptio patet ex dictis.*

*Secundum membrum dividens divisionis supra astrictæ, actio stricti Juris*

<sup>2153</sup> *Est, quæ ex negotio stricti Juris descendit, v.g. actio ex verborum, aut literarum obligatione. Sunt autem negotia stricti juris juxta dicta negotia formularia, in quibus solemnia à jure Civili prescripta sunt observanda, v.g. stipulatio, literarum obligatio &c. Itaque*

*Prima stricti Juris actio, condic̄tio certi ex stipulatu*

<sup>2154</sup> *Est supra descripta. Ratio, quare stricti Juris sit, patet ex dictis, quia stipulatio est contractus formularius, ad certam verborum ore prolatorum solemnatatem astrictus.*

\* \* \*

*Secunda stricti Juris actio, fidejussoria vel condic̄tio ex fidejussione*

*Est personalis, rei persecutoria, quæ datur creditori contra fidejussorem, & illius heredes, ad hoc, ut præstetur deductum in stipulationem.*

*Tertia stricti Juris actio, condic̄tio certi ex solennibus literis*

*Est personalis, rei persecutoria, quæ datur creditori contra debitorem ex solenni scriptura obligatum, ad hoc, ut reus præstet, quod solennibus literis est comprehensum.*

*Condic̄tio certi ex solenni scriptura est actio stricti juris. Ratio est: quia descendit ex contractu formulario.*

### §. 30.

*Differentia inter actiones bona & fidei, & stricti juris*

*Prima est, quod iudex in his*

<sup>2158</sup> *Jus*

390

*Jus strictum* sequi debuerit, neque *formulam solennem* obligationis negligere, neque plus v. g. *fructus*, neque minus a*etori* adjudicare potuerit, at in illis judicaverit *ex aequo*, & *bono* juxta verosimilem partium contrahentium mentem. Sed

2159 Petes 1. An hodie hæc differentia adhuc super sit? Resp. negati vè, nam cum *juxta dicta* hodie cessent solennes contratu m *formulæ*, adeoque *stricti Juris* negotia, hinc tequiu r, nullam hodie superesse *stricti Juris* actionem.

2160 Petes 2. An ergo doctrina de actionibus *stricti Juris* hodie est superflua? Resp. non est, etenim si partes expresserint le velle *juxta strictum Jus Romanum* *judicari*, utendum est in decisione causæ *Juris Romani* principiis hactenus expositis.

2161 Secunda inter actiones *bonæ fidei* & *stricti Juris* differentia olim erat, quod judex in illis compensare potuerit debitum & creditum hinc inde pro rata; sed in his non ita; licet *Imp. b. §. 30.* illam sustulerit.

§. 31.

*Tertium membrum dividens divisionis supra positæ, actio arbitraria*

Est, quæ *ex arbitrio Judicis* 2162 pendet. Definiente *Imp. b. §. 31.* seu ut docet *Boehm. in tr. de act. sect. I. cap. 3. §. 40.* in qua judex pro arbitrio suo determinat *incerta*, quæ certâ *Juris regulâ* commode determinabilia non sunt. Hinc in rebus communib[us] dividendis, nec non in tutela judicio opus est *Judicis* arbitrio. Unde

Patet 1. Differentia inter actionem *bonæ fidei*, & *arbitrariam*, quod in illa judex determinet certa, in obligatione non expressa, *ex aequo & bono* v. g. usuras, præstationem evictio nis &c. in jure determinata, in hac autem incerta, nullâ *juris regulâ* determinata, v. g. lucrum in societate &c.

Patet 2. Eandem actionem 2164 diverso respectu esse *bonæ fidei* (quatenus *ex aequo & bono* illa adjudicantur, quæ certa sunt) &

& insimul arbitriam, quatenus *incerta prævio judicis arbitrio* adjudicantur. Unde

2165 Patet 2. Erroneam esse Doctorum, ut Manz. b. 31 n. 2. sustinentium: *actiones stricti Juris dividuntur in tales in specie, & arbitrarias*: sententiam, cum *arbitraria etiam alio respectu bonæ fidei esse possit.*

*Prima arbitraria actio de eo, quod certo loco &c.*

2166 Est personalis, quæ creditori datur contra debitorem ex contractu stricti Juris obligatum ad solutionem certo loco præstandam, ad hoc, ut reus alio loco convenienti in quo agitur, solutionem unà cum interesse præset. Ubi

2167 Observa 1. Actionem hanc non ex ipso contractu stricti Juris descendere, sed ex æquitate naturali, quia iniquum videbatur, creditorem non posse suum consequi, si debitor multo tempore ad locum, in quem facta esset promissio, non accederet. Boehm. in tr. de act. sect. 2. cap. 5. §. 52. & 53.

Observa 2. Actorem hic creditorem, cui solutio in certo loco est facienda, reum autem debitorem in loco domicillic convenientem, finem denique, ut solutio alio in loco unà cum eo, quanti actoris pro judicis arbitrio interest, solutionem loco convento factam non esse.

Observa 3. Quandoque etiam interesse revertitur, si solutio extra locum, determinatum in contractu, à creditore exigatur, quod judex arbitrari debet, & reo adjudicare.

Observa 4. Extrema hujus actionis esse, r̄mum: Ut fiat mentio loci, ubi solutio fieri debuisset. Ratio est: ne actor repellatur exceptione plus petitionis.

2dum: Ut allegetur, & probetur obligatio præstandi aliquid in loco. Ratio est: quia nisi hoc doceatur, cessat obligatio ad interesse.

Observa 5. Quod, cum ho die ob cessantia negotia formularia quoque cesseret differentia inter actiones bonæ fidei, & stricti Juris, de praxi actione ex contractu agatur ad suprà dictum effectum.

*Secunda arbitraria actio,  
publiciana*

<sup>2173</sup> Suprà est descripta, ubi dixi illam esse arbitrariam, ex ratione, quod judex prius arbitretur rem esse restituendam, cui si reus pareat, absolvitur, si securus, manu militari res ab eo auferatur, & si dolo desiderit possidere, condemnatur in id, in quantum actor in litem juraverit, & judex aestimaverit. *vid. Manz. b. S. 31. n. 8.*

*Tertia arbitraria actio,  
serviana*

<sup>2174</sup> Descripta est, ubi dixi illam arbitrariam. Ratio constat ex dictis: quia si reus præcepto judicis de restituendo pareat, absolvitur, si non, res illi viâ forti aufertur, & si dolo possidere desiderit, condemnatur, in quantum actor juraverit, & judex aestimaverit.

\* \* \*

Definita est. Ratio, cur sit <sup>2175</sup> arbitraria, constat ex dictis.

*Quinta arbitraria actio,  
quod metus causâ*

*Bon: 449.*  
Est in rem scripta mixta, seu <sup>2176</sup> poenæ & rei persecutoria, quæ datur metu laesis contra quemcunque rei possessorem, ad hoc, ut res restituatur cum quadruplo, casu, quo ad arbitrium judicis ante sententiam res non fuisset restituta. Ex quibus

Sequitur 1. Arbitriam esse <sup>2177</sup> actionem quod metus causa. Ratio est: quia lex committit judicis arbitrio, ut reum re ad præceptum non restitutum in quadruplo condemet.

Sequitur 2. Mixtam esse hanc <sup>2178</sup> actionem, quia est poenæ simul, & rei persecutoria.

Sequitur 3. Esse in rem scriptam, cum contra quemcunque tertium possessorem detur, quod tamen in hac actione est speciale, forte, quod res ipsa jure

jure Romano credita fuerit affe-  
cta reali vitio.

*Sexta arbitraria actio,  
de dolo*

479.

2180 Est personalis, competens illi, qui dolo alterius malo deceptus est, contra decipientem, ad hoc, ut res dolo amissa cum omni causa restituatur, & nisi reus judicis arbitrio paruerit, is prævio juramento in litem condemnetur in tantum, quanti actoris interest. Unde

2181 Patet, quare hæc actio sit arbitria, eo quod non nisi prævio judicis arbitrio: de re restituenda, condemnatio fiat in id, quanti actoris interest.

*Septima arbitraria actio,  
ad exhibendum*

2182 Est personalis, & simul in rem scripta, quæ datur illi, cuius specialiter interest rem exhiberi, contra possessorem, ad hoc, ut reus rem exhibeat, hoc est: actori copia fiat rei videndæ & apprehendendæ. Unde

2183 Videmus i. Actionem no-

stram esse arbitrariam. Ratio est: quia nisi res ad præceptum judicis exhibeatur, reus ad hoc, nec non in id, quanti actoris interest, condemnatur.

Videmus 2. Actionem hanc 2184 esse in rem scriptam. Ratio est fortè, quod obligatio exhibendi creditur vinculum quasi reale, rei inhærens.

Videmus 3. Hodie vix ul- 2185 lum esse hujus actionis usum, sed procedi celerius per mandata compulsarialia ad rei exhibitio- nem. Boehm. intr. de action. sect.

2 cap. 2. §. 5.

*Octava arbitraria actio,  
noxalis*

Infrà tit. 8. de Noxal. act. ex- 2186 planabitur; Cur sit arbitraria. Ratio est: quia nisi dominus ad justum Prætoris damnum da- tum per servum vel animal re- fuderit, aut noxæ dederit, reus condemnatur in id, quantum ju- dex aestimaverit.

§. 32.

*Sententia*

Est quælibet Judicis in causa 2187  
Fff 2 con-

*controversa pronuntiatio. Interlocutoria est pronuntiatio articulum in lite principali incidentem definiens. Definitiva est pronuntiatio *Judicis*, causâ cognitâ, litem dirimens per condemnationem vel absolutionem. Ita definit L. 1. ff. de re jud. & eff. sentent. Ex quibus fluunt sequentes regulæ.*

2188 Regula 1. *Sententia debet esse libello conformis. Gail. 1. obs.* 66. Modò petitum legibus non repugnet. Ratio est: quia partes per litis contestationem super petito quasi contraxisse intelliguntur.

2189 Regula 2. Sententia sit certa §. 32. b. Ratio est: quia sententia est controversiæ certa definitio; aliud foret, si petitum juxta naturam actionis foret generale, aut alternativum.

2190 Regula 3. Sententia definitiva contineat absolutionem, aut condemnationem. Ratio est: quia sententia finem liti imponebit, ergo per condemnationem, aut absolutionem.

\* \* \*

### §. 33.

#### *Plus petitionis exceptio*

*Est quæ datur illi. à quo plus 2193 petitur re, tempore, loco, vel causâ adversus ita plus petentem, ad id, ut plus petentis intentio excludatur. Unde*

Inferimus 1. Peti plus posse<sub>2192</sub> quatuor modis 1. *Re*, id est: *summam maiorem* 2. *tempore*, id est: debitum in diem, aut conditionale *pure*. 3. *loco*, hoc est: in loco A. debitum, sine hujus commemoratione, *in loco B.* 4. *causâ*; nempe debitum alternativum determinatè.

Inferimus 2. Plus petentem<sub>2193</sub> *dolo*, causâ olim cecidisse, postmodum de Jure Civili §. 33. b. t. plus petentem tempore punitum fuisse duplicatione induciarum, & refusione expensarum litis; §. 33. vers. & si quidem &c. Plus petentem autem *re, loco*, aut *causâ*, refusione damni in triplum. §. 33. b. t. vers. fin. *sm. autem &c.*

Inferimus 3. Hodie cessare<sub>2194</sub> tripli - aut duplicandarum induciarum

ciarum poenam , atque solam refusionis expensarum litis obtinere.

§. 34.

*Emendatio libelli*

2195 Est *correctio accidentalium*, v.g. quantitatis petitæ, verborum obscurorum, vel generalium, aut *accessiorum*, frumentum, damnorum, expensarum &c. de qua sit

2196 Regula : Libelli emendatio usque ad sententiam definitivam regulariter est licita. §. 24. b. t. Ratio est : quia manet idem Judicium , licet accidentalia corriganter , cum accidentia non mutent substantiam.

§. 35.

*Mutatio libelli*

2197 Est *correctio substantialium*, hoc est : causæ petendi , seu actionis , quæ quòd ante litis contestationem licita sit , concludunt Doctores . Ratio est : quia ante litis contestationem nondum est Judicium , & hinc

intentionem agendi licet variare. Sed

Dubium est de mutatione libelli , an post item contestatam liceat ? Multi negant cum Communiori , eo quòd litis contestatio sit *quasi contractus* , à quo altera parte invitata non liceat recedere ; At Widmont. ad ff. de Edend. n. 64. per b. §. 15. sustinet ex judicis arbitrio mutationi adhuc locum esse , eo quod certò definiri nequeat , an alterius partis hic & nunc intersit , libellum non mutari , & ex justa causa , arbitrio judicis determinanda , pœnitentiae locum esse.

§. 36.

*Sexta actionis divisio in limitatam , & non limitatam.*

Actio non limitata est , quia 2199 actor solidum petit & consequitur , qualis regulariter est omnis actio , nisi specialiter sit excepta. Ratio est : quia actio est Jus persequendi injudicio , quod sibi debetur ,

Actio limitata , quia actor ex 2200 spe-

*Speciali aequitate, certis personis stat in reverentia marito ab uxore debita  
conventis à Jure indulta, solidum non consequitur, quales personæ sunt pater, maritus, socius &c.*

*Prima actio limitata,  
de peculio*

<sup>2201</sup> Suprà est explanata, tum quòd pater, ob præsumptum restrictum consensum ad quantitatem peculii, ultra vires illius non condemnatur, tum quod pater priùs deducat id, quod sibi debetur.

*S. 37.*

*Secunda limitata actio,  
de dote repetenda*

<sup>2202</sup> Superiùs exposita est, tum quòd detur contra maritum in quantum facere potest, tum nisi deductis impensis in rem datom factis. Ubi

<sup>2203</sup> Nota: Priori casu maritum habere beneficium competentiæ, seu beneficium, ob quod certæ personæ per legem non possunt in plus condemnari, quam facere possunt, ne egeant. Ratio

*stat in reverentia marito ab uxore debita*

*S. 38.*

*Tertia limitata actio*

Est quælibet, quâ filius patrem, libertus patronum, aut vicissim convenit, ad hoc, ut condemnetur salvo beneficio competentiæ. Ratio est: quia hæ personæ se invicem alere tenentur.

*Quarta limitata actio,  
pro socio*

Descripta est. Ratio est: quia <sup>2203</sup> societas quasi vinculum fraternitatis continet, & hinc locus est beneficio competentiæ.

*Quinta limitata actio,  
donati*

Suprà est explanata. Ratio <sup>2206</sup> stat in humanitate, & honestate.

*S. 39.*

*Sexta limitata actio*

Est quælibet in casu, quo com- <sup>2207</sup> petit

*petit exceptio compensationis, licito quām illico factō profici-  
quia hæc intentionem actoris fal-  
tem quoad quantitatem minuit.*

## §. 40.

## PRINCIPIUM.

*Septima limitata actio*

<sup>2208</sup> *Est quævis actio competens  
contra debitorem, qui bonis cef-  
fit, ad hoc, ut condemnetur in  
id, quod facere potest. Ratio est:  
quia reus hoc casu non est frau-  
dandus alimentis.*

<sup>2209</sup> *Ergo autem bonis cederemnia  
bona dimittere, & creditoribus  
eo fine concedere, ne cedens inter-  
im inquietetur.*

## TITULUS VII.

*Quod cum eo, qui in aliena po-  
testate est, negotium ge-  
stum dicitur.*

*Septima divisio actionum  
ex alieno & proprio factō  
descendentium.*

<sup>2210</sup> *De actionibus ex proprio fa-  
ctō ortis dictum est satis, se-  
quuntur actiones ex alieno tam*

*Fons actionum ex factō alieno <sup>2211</sup>  
licito stat in consensu tacito, à  
Prætore ob aquitatem natura-  
lem præsumpto, puta: ex jussu  
prævio, præpositione, recep-  
tione mercium peculiarium &c.  
hinc patet actiones has non esse  
actionum qualitates, licet ad  
eundem finem tendant, cùm ex  
alio fonte promanent.*

## §. 1.

*Prima ex factō alieno li-  
cito actio, quod jussu*

*Est personalis, bonæ fidei, que <sup>2212</sup>  
datur contrahenti cum filiof. aut  
servo contra patrem, aut domi-  
num iubentes, ad hoc, ut reus  
legem contractū adimpleat. Ex  
quo—*

*Inferitur 1. Actionem hanc <sup>2213</sup>  
personalem esse, quod descen-  
dat ex consensu tacito, bonæ fi-  
dei autem, quod pro fonte non  
<sup>2214</sup>*

habeat contractum formula-  
rium.

2214 Infertur 2. Extrema nostræ  
actionis esse 1mum: ut actor  
alleget & probet contractum  
esse. 2dum: jussum patris aut  
domini de contrahendo super  
peculio.

2215 Infertur 3 Finem esse, ut  
reus, pater vel dominus jubens,  
juxta legem contractus actori  
satisfaciat

### §. 2.

### *Secunda ex facto alieno li- cito actio, exercitoria*

2216 Est personalis, bonæ fidei, quæ  
datur contrahenti cum magistro  
navis aut submagistro contra  
exercitorem, ad hoc, ut juxta le-  
gem contractus actori reus satis-  
faciat. Unde

2217 Sequitur: Extrema hujus  
actionis esse 1mum: magistrum  
à domino navis negotiacioni ma-  
ritimæ esse præpositum, aut  
submagistrum à magistro (ex  
præpositione enim oritur tacit  
us consensus) esse præpositum.  
2dum: Ese negotium cum ma-  
aut submagistro celebratum.

### Vers. Institoria

### *Tertia ex facto alieno li- cito actio, institoria*

Est personalis, bonæ fidei, quæ 2218  
datur contrahenti cum institore  
contra dominum tabernæ præpo-  
nentem, ad hoc, ut contractus  
per reum adimpleatur.

Differentia à priori inter exer- 2219  
citoriam, & institoriā est,  
quod illa ex præpositione ad ne-  
gotiationem maritimam, hæc  
autem ex præfectione ad ter-  
rem stroriantur.

Altera differentia à posteriori 2220  
stat in eo: quod subpræpositio  
magistri, & hinc contractus  
submagistri obliget exercitio-  
rem; non autem subpræpositio  
institoris. Ratio est: quia ob  
negotiorum maritimorum dif-  
fusionem dominus hanc facul-  
tatem videtur magistro tacite  
concessisse, secus ac institori.

\* \* \*

### §. 3.

trema, actorem, reum, & finem explicavi.

## §. 3.

*Quarta ex facto alieno licito actio, tributoria*

<sup>2221</sup> Est personalis, bonæ fidei, quæ datur creditori filiis, aut servis contra patrem vel dominum, ad hoc, ut reus merces peculiares aequaliter, & pro rata dividat, aut in aequaliter factam divisionem corrigit. Inde

<sup>2222</sup> Fluit 1. Extrema hujus actionis esse, *1mum*: Ut actor alleget, & probet, filium, aut servum merce peculiari negotiatum esse. *2dum*: Mercem peculiarem penes reum adhuc existere, aut distributionem esse iniquè factam.

<sup>2223</sup> Fluit 2. Finem esse distributionem faciendam, aut iniquè factæ correctionem, ita tamen, ut reus traditione mercis pecularis defungatur.

## §. 4.

*Quinta ex facto alieno licito actio, de peculio*

<sup>2224</sup> Suprà est exposita, ubi extre-

Vers. deque eo &c.

*Sexta ex facto alieno licito actio, de in rem verso*

Est personalis, bonæ fidei, quæ <sup>2225</sup> datur gerenti aliquid cum filio, aut servo contra patrem, aut dominum, in quorum rem aliquid versum est, ad hoc, ut reus præstet tantum, in quantum versio facta est. Ex quo

Deducitur 1. Extrema actionis nostræ esse, *1mum*: Ut actor alleget & probet negotium inter filium, aut servum & actorem gestum. *2dum*: Ut doceatur versio in rem *rei*.

Deducitur 2. Finem actionis <sup>2227</sup> de in rem verso esse, ut actor consequatur id, quod in rem *rei* versum est unà cum interesse moræ.

\* \* \*

Ggg

COROL-

## COROLLARIA

*De actionibus quod jussu,  
exercitoria, institoria, tri-  
butoria, de peculio, &  
de in rem verso*

<sup>2228</sup> *1stum*: Actiones: quod jussu, exercitoria, & institoria dantur in solidum, quia oriuntur ex quasi contractu, & consensu præsumpto irrestricto.

<sup>2229</sup> *2dum*: Actiones: Tributoria, de peculio, & de in rem verso sunt limitatae, hoc sensu, quod reus in solidum condemnari nequeat, quia aequitas ad vires peculii, quantitatem mercium pecularium, & versio- nis hic se restringit.

<sup>2230</sup> *3tum*: Actio quod jussu non consurgit ex jussu patris de contrahendo in propriam utilitatem, neque in casu deficientis potestatis patriæ & peculii profectitii.

<sup>2231</sup> *4tum*: Actio exercitoria etiam oritur ex contractu submagistri, contra prohibitionem exercitoris negotioni mariti- mæ præpositi, secus est de

actione institoria. Ratio sit in negotiorum maritimorum dif- fusione.

*5tum*: Hodie actionis tribu- <sup>2232</sup> toriae vix ullum esse usum, cum filii. separatim negotiantes plerumque censeantur tacite eman- cipati, quo casu cessat merx pe- culiaris.

*6tum*: Actio de in rem verso <sup>2233</sup> utilis saltē adhuc hodie datur, licet exspiraverit patria potestas. Arg. L. 7. s. 1. C. quod cum eo, qui in al potest. Ratio est: quia hæc actio principaliter fundatur in naturali aequitate, & ex ea præsumpto tacito consensu.

## §. 5

Imperator hic statuit, actio <sup>2234</sup> nes: quod jussu, exercitoriam, & institoriam pinguiores esse, ac tributoriam, de in rem verso, & de peculio, nec non tributoriam aliquando utiliorem esse actione de peculio, quia in illa pater non deducit, quod sibi debetur, aliquando hanc illi præstare, eo quod in peculio plus sit quam in merce pecu- liari.

## §. 6.

§. 6.

TITULUS VIII.

2235 Actiones, suprà tantum contra dominum proditas, hic contra patrem quoque dari, traditur.

§. 7.

*Exceptio Senatusconsuli Macedoniani*

2236 Est exceptio, quæ datur patrif. contra creditorem, qui filios. dedit pecuniam mutuam, ad hoc, ut actor à limine judicii repellatur.

Unde

2237 Videmus 1. Patremf. actione ex contractu mutui per filiumf. celebrato non teneri. Ratio est: quia Senatusconsultum cum pessimos foeneratores reprime-re, cum periculo, ne vitæ parentum insidiae struerentur, voluit occurtere.

2238 Videmus 2. Exceptionem locum habere in casu pecuniæ mutuataæ, non autem in aliis contractibus regulariter (à fraude præcindendo.) Ratio est: quia per pecunias juventus facilimè corrumpitur.

*De noxalibus actionibus.*

Sequuntur actiones ex facto 2239 alieno (ita loquendo) illico seu potius ~~damno~~ per res nostras animatas dato, profilcentes, de quibus modò.

*Prima ex damno actio,  
noxalis*

Est personalis, & (juxta aliquos) in rem scripta, quæ datur damnificato per servum contra dominum, ad hoc, ~~ut~~ reus ~~damnum~~ reficiat, ~~ant~~ servum noxe det. Inde

Inferes 1. Fontem hujus actio. 2241 nis esse, illicitam servi, qui no-cuit, detentionem, ex hoc enim dominus ad damni refu-sionem se tacite obligasse cense-tur.

Inferes 2. Dominum, nisi 2242 velit ~~damnum~~ reficere, teneri ad servum ~~noxa~~ dandum, hoc est: servum pro ~~noxa~~ veldam-no relinquendum, & actori ce-dendum. Ratio est: quia hoc

Ggg 2 casu

*casu noxa sequitur caput no-*  
*centis.*

<sup>2243</sup> *Inferes 3. Hodie nullum*  
*actionis hujus usum esse, quia*  
*servos propriè dictos hodie non*  
*habemus.*

## T I T U L U S IX.

*Si quadrupes pauperiem fe-*  
*cisse dicatur.*

*Secunda ex damno actio,*  
*de pauperie, vel quadru-*  
*pedaria*

<sup>2244</sup> *Est personalis, § (juxta ali-*  
*quos) in rem scripta, quæ datur*  
*damnificato à bestia alterius spon-*  
*te, § contra naturam sui gene-*  
*ris adversus dominum, ad hoc*  
*ut illam vel noxæ dedat vel dam-*  
*num restituat. Unde*

<sup>2245</sup> *Deducitur 1. Actionem hanc*  
*non nasci ex damno per animal*  
*ferox, cuius feritas est genita-*  
*lis, & à domino male custodi-*  
*tum, dato. Ratio est: quia*  
*hoc casu committitur verum de-*  
*lictum.*

<sup>2246</sup> *Deducitur 2. Actionem hanc*  
*dari contra quemvis animalis no-*

*xii possessorum. Ratio est: quia*  
*quasi caput animalis noxa afficit,*  
*illudque sequitur.*

*Deducitur 3. In casu damni,<sup>2247</sup>*  
*per animal ferox in via publica*  
*illati, contra dominum datur*  
*actio ædilitia, in poenam quan-*  
*doque dupli.*

## T I T U L U S X.

*De iis, per quos agere possumus.*

*Imperator haec tenus instruxit<sup>2248</sup>*  
*actorem, imbutitur modò pro-*  
*curator, seu qui negotia aliena*  
*mandato domini administrat. Ita*  
*deciditur in L. 1. ff. de Procurat.*  
*Et licet procurator etiam detur*  
*extrajudicialis, qui mandata-*  
*rius appellatur, attamen, quia*  
*de hoc suprà ad tit. de Mandato*  
*egimus, hic non nulla specialia*  
*de judiciali astruemus principia.*

*Concludendum est in modo. Pro-*<sup>2249</sup>  
*curatoris officium, generaliter*  
*loquendo, in exhibitione fidei*  
*consistere, tum quia juxta L. 13.*  
*C. Mandat. tenetur omnem cul-*  
*pam præstare, tum quia artem*  
*specialem profitetur.*

*Concludendum 2. Procura-*<sup>2250</sup>  
*torem teneri ad observandos*  
*man-*

mandati terminos, adeoque quidquid contra agit, ipso Jure nullum est. L. 49. ff. de Procurat. Ratio est: quia cum procurator tantum eo casu validè agat ad dominum obligandum, in quem hic consentit, in quo fines mandati excedit, non operatur ex consensu.

2251 Concludendum 3. Speciale esse in procuratore judiciali, quod fiat litis dominus. L. 22. & 23. C. de Procurat. Ratio est: quia procurator cum adversario per litis contestationem hoc est: responsionem ad libellum actoris, quasi contrahit. Ubi

2252 Notandum est: quod hoc dominium litis sit fictum, & subordinatum, vero penes principalem manente. Ratio est: ut salva maneret Juris Romani regula: alteri per alterum non queritur actio, neque obligatio. Ex quibus.

2253 Fluit 1. Procuratorem sibi querere actionem directam, hoc est: ex verbis legis descendenter; at utilem, nempe, ex mente legis ortam, principali. Ratio est: quia procurator item contestando fictum sibi querit ejusdem dominium, per consequens directo sibi acquirit.

Fluit 2. Procuratorem habere facultatem alium substituendi, hoc est: quæsitum per litis contestationem fictum dominium in alium transferendi.

Fluit 3. Procuratorem continuare posse processum, post mortem mandantis principalis. Ratio est: quod licet per mortem mandantis exspiret verum litis dominium, atque in heredem transferatur, fictum tamen penes procuratorem maneat.

Fluit 4. In procuratorem quod litis dominum, dirigi omnes actus judiciales, decreta, & sententias, absolutiones, & condemnations.

Fluit 5. Procuratorem non posse temere revocari. Ratio est: quia jus facti dominii strictè quæsiti eidem citra illius culpam & factum auferri nequit. At

Potes: an hoc factum litis dominium adhuc hodie perduret? Respondimus in nostra Concl. Theoret. praet. Chiliade à n. 229. negativè. Ubi vide.

Concludendum 4. Procuratorem non fieri dominum aliud negotii. Ratio est: quia super lite cum adversario quasi contraxit, non autem super alio

Ggg 3 nego-

negotio, jam autem totum illud  
fictum dominium stat in quasi  
contraetu. Unde

<sup>2260</sup> Infertur 1. Procuratori ne-  
quidem post item contestatam  
recte solvi. L. 86. ff. de solut. Ra-  
tio est: quia procurator illa dun-  
taxat in qualitate ficti domini re-  
cte agit, quæ ad judicium per-  
tinent.

<sup>2261</sup> Infertur 2. Procuratori non  
competere actionem rei judica-  
ræ d. L. 86. Mull. ad Struv. Exer-  
cit. 7. th. 35. lit. X. Ratio est:  
quod, licet per Juris fictionem  
procurator directo sibi actionem  
querat, effectus tamen ipso ju-  
re transit in principalem.

<sup>2262</sup> Concludendum est 5. Con-  
tumaciam, dolum, aut culpam  
procuratoris nocere domino.  
L. 10. in f. C. de Procurat. Struv.  
Exercit 7. th. 35. Ratio est: quia  
dominus suæ facilitati imputare  
debet, quod talem procurato-  
rem elegerit. Unde

<sup>2263</sup> Colliges 1. Negligentiam  
procuratoris in non prosecuta  
appellatione commissam domi-  
no obesse. Mull. ad Struv. Exer-  
cit. 7. th. 35. lit. B. Saltem de  
Jure, ubi procurator solvendo  
est. Ratio: quia factum procu-

ratoris obligat regulariter prin-  
cipalem.

Dixi: Saltem de Jure, quan-<sup>2264</sup>  
do procurator solvendo est: Nam  
ubi procurator solvendo non  
est, domino remedium restitu-  
tionis in integrum concedunt  
Praetici. Vid. Gail. I. obs. 45.  
nec non Carpz. p. 1. Const. I. def.  
23. maximè si adversarius lu-  
crum sit consecutus cum injurya  
domini. Ratio fortè stat in clau-  
sula Prætoris generali: Si qua  
alia justa causa mibi videbitur.

Colliges 2. Errorem procu-<sup>2265</sup>  
ratoris circa factum commissum  
parti præjudicare, saltem lo-  
quendo de stricto Jure, nisi ante  
adversarii acceptationem sit re-  
vocatus. Ratio est: quia error  
procuratoris habetur pro erro-  
re partis.

## T I T U L U S XI.

### De Jatisdationibus.

Autor, sive per se, sive pro <sup>2266</sup>  
procuratorem agat, ut de præ-  
standa per reum jatisdatione sic  
sollicitus, hic monetur. Est au-  
tem jatisdatio largissimè accepta  
nihil

nihil aliud, quam præstatio securitatis alteri facta.

<sup>2267</sup> Abit satisdatio ita accepta in satisdationem in specie, seu præstationem securitatis datis fidejussoribus. Deinde in pignoratitiam, seu datis pignoribus; & denique in promissoriam, aut per Juramentum, quæ etiam juratoria appellatur, aut simplicem, & nudam, stipulationem, quæ quoque simplex vocatur, factam. Ubi

<sup>2268</sup> Regula 1ma est: Satisdationis verbo in lege, aut conventione simpliciter posito (loquendo in terminis Juris Romani) importatur securitas, seu cautio præstanta per fidejussores, neque sufficit præstita per pignora. Ratio est: quia illa tantum, saltem loquendo in terminis Juris Romani, est cautio idonea. Vid. Struv. Exercit. 5. th. 21.

<sup>2269</sup> Regula 2da Nomine cautionis simpliciter posito intelligitur simplex promissio. Struv. loc. cit. Ratio est: quia simpliciter loquendo per juratoriam æquè ac simplicem promissionem caveatur. At

<sup>2270</sup> Quæres 1. Quomodo actor

cavere teneatur? Resp. de Jure ff. nullatenus, sed de Jure Novellarum 1mō de lite contestanda infra bimestre. Nov 96. cap. 1. 2dō de illa prosequenda. Nov. 112. cap. 2. 3tō de refundenda in casum succumbentiae decima quantitatis in libello comprehensa expensarum loco. Vid. Widmont. ad ff. qui satisd. cog. num. 17. Hodie praxi quotidiana teste actor, reo hoc petente; de expensis & reconventione (saltem ubi hæc cum conventione simultaneo processu agitari nequit) cavit.

Quæres 2. Quâ ratione reu. <sup>2271</sup> cavere teneatur? Resp. olim 1mō de Judicio siffl, hoc est: de comparendo in judicio, & permanendo usque ad litis definitionem. Ratio stat in suspicione fugæ, eò quod reorum proprium sit fugere.

2dō: Reus ante tempora Justiniani Imp. cavit judicatum solvi, seu de præstanta litis æstimatione. Dixi: ante tempora Justiniani. quia hæc Justiniano visa fuit superflua, cum absque ea reus ad judicatum solendum cogi possit.

Hodie reus de fuga suspectus <sup>2272</sup> cavet

cavet *judicio sisti*, & prodigus *judicatum solvi*, extra hos castis autem estab his cautionibus im- munis. *Strick. in U. M.* qui sa- tisd. cogantur &c. s. 2. & 3. Modò

<sup>2274</sup> Dubium est: Actor, seu reus obligati ad cavendum, quam cautionis speciem præstare te- neantur? Ad quod

<sup>2275</sup> Resp. 1. De Jure loquendo possessores immobilium, suffi- cientium pro judicato solvendo, & sitorum in territorio, ubi litigatur, regulariter per nudam promissionem carent. *Struv. Exercit. 5. th. 25.* Ratio est: quia jura credunt, adversario isto casu esse sufficienter prospe- etum.

<sup>2276</sup> Dixi: *de Jure loquendo*: De praxi, saltem harum patriarcharum mihi videtur probabilior sen- tentia, quod, insuper necessaria sit bonorum immobilium in- scriptio. Prout sentire videtur. *Mev. p. 8. decis. 332.* Ratio est ne obligatus cavere bona aliis obligata alteri loco cautionis ob- trudat, & finem illius fallat.

<sup>2277</sup> Resp. 2. Juratoriam impri- mis ob dignitatem præstant viri illustres, & spectabiles. *Mull.*

*ad Struv. Exercit 5. th. 24. lit. A.* Ratio est: quod tales personæ ob dignitatem præsumantur ju- dicatum non esse elusuræ.

Hodie tamen foro confor-<sup>2278</sup> mior videtur sententia, quod hoc dignitatis privilegium in Germania non sit receptum (li- cèt alii dissentiant.) Ratio est: quia præsumptio juris facile cessat, ubi metus veritatis in contrarium emersuræ subest.

Resp. 3. Juratoriam deinde<sup>2279</sup> præstant alii ob paupertatem. Per *Nov. 112. cap. 2.* Ratio est: ne ob cavendi impotentiam Juris sui persequendi facultate pri- ventur.

Requiritur autem ad hanc<sup>2280</sup> cautionem juratoriam 1. Ut alio modo cavere quis nequeat, quia juratoria est extraordinariæ cau- tionis species, & hinc, ut ne- que pignora, nec hypothecas, neque fidejussores habeat, & 2. Quod in fidejussoribus inve- niendis omnem possibilem di- ligentiam adhibuerit, neque tales reperire potuerit.

Resp. 4. Obligati ad securi-<sup>2281</sup> tam præstandam ob rem in- certam, aut indefinitam tenen- tur ad satisandum, seu dandos fide-

fidejussores. Ratio est: quia eo  
casu ob damni incertitudinem  
securitas esse debet indefinita.  
Exemplum est in tutori, quod  
tamen uero vix servatur. *Juxta  
dicta de Satisd. Tutor.*

## T I T U L U S XII.

*De perpetuis & temporalibus  
actionibus, & quæ ad hæ-  
redes, & in hæredes  
transeunt.*

<sup>2282</sup> Actor volens in Judicio expe-  
riri inspicere debet, num actio  
intentanda adhuc perduret, an  
verò lapsu temporis, aut morte  
exspiraverit? ne à limine Judi-  
cii repellatur. Itaque

Quæritur i. Quanto tempo-  
re actio exspiret? Ubi

<sup>2283</sup> Prænoto 1. Actionem aliam  
esse *perpetuam*, aliam *tempora-  
alem*, illa est, quæ durat 30.  
aut 40. annis, eo quod spatiū  
30. aut 40. annorum in Jure pro  
perpetuo reputetur, hæc autem  
minori temporis spatio circum-  
scribitur.

<sup>2284</sup> Prænoto 2. Actionem *Pri-  
toriam* aliam esse *rescissoriam*  
*actus de Jure Civili validi*, adeo-

que odiosam, qualis est Pau-  
lianæ, Rescissoria &c. aliam au-  
tem, quæ rigorem civilem non  
temperat, sed defectum tantum  
supplet, quæ per consequens  
est favorabilis, v. g. Publicia-  
na, possessoria hæreditatis Pe-  
titio &c. Ratio est: Quia defe-  
ctum Juris Civilis supplere fa-  
vor est.

Prænoto 3. Actionem <sup>2285</sup> Præ-  
toriam aliam esse *pœnalem*, aliam  
*non pœnalem*, prior pœnam  
persequitur v. g. depositi mi-  
serabilis &c. posterior rem, puta:  
ex constituto, & peculio &c.

Prænoto 4. Prætorias alias <sup>2286</sup> ex  
speciali delictorum odio esse  
persecutorias pœnæ, v. g. furti  
manifesti, cui cognata est actio  
arborum furtim cæsarum, re-  
rum amotarum, recepti contra  
nautas, servi corrupti, alias  
verò, quæ tantum odium non  
continent, v. g. quod metus  
causa &c.

Prænoto 5. Actionem aliam <sup>2287</sup>  
ex Jure Civili ortum habere, à  
Prætore ad novos casus tantum  
ex æquitate extensam, qualis  
est rei vindicatio respectu ejus,  
quidolo desit possidere; aliam

H h h                                    au-

autem, cuius origo usque adeò  
Juri Prætorio est adscribenda.

<sup>2288</sup> Prænoto 6. Differentiam hic  
esse faciendam inter actionem  
realem, & personalem, quia  
actiones personales regulariter  
diutiū durant, quam reales.

<sup>2289</sup> Prænoto 7. Separandam hic  
esse actionem *Civilem* ab actione  
*Criminali*, ad poenam cor-  
poris afflictivam tendente. De  
qua in Jure Criminali. Nunc ad  
quæstionem.

<sup>2290</sup> Resp. 1. Actio Prætoria actus  
civilis validi rescissoria regulari-  
ter est annalis. Ratio est: quia  
cum hæc actio sit odiola, ad offi-  
cii Prætorii annualitatem erat re-  
stringenda, eò quod cessante  
causâ, nisi alia conservativa su-  
perveniat, cesseret effectus.

<sup>2291</sup> Resp. 2. Actio Prætoria, quæ  
defectum Juris Civilis supplet,  
v. g. Publiciana &c. anno non  
circumscribitur. Ratio est: quia  
hujus actionis, quæ favorabilis,  
vita saltem ad tempus actionum  
civilium est extendenda.

<sup>2292</sup> Resp. 3. Actio Prætoria, in  
quantum poenalis est, regulari-  
ter anno exspirat. Ratio statum  
in officii Prætorii annualitate, tum  
in actionum prætoriarum po-  
enalium odio.

Resp. 4. Actio Prætoria non <sup>2293</sup>  
poenalis, saltem, si personalis  
sit, regulariter ultra annum con-  
cedenda est. Ratio est: quia hæc  
præter Jus Civile plerūmque est  
introducta, neque ullum odium  
continet.

Resp. 5. Prætoria furti ma- <sup>2294</sup>  
nifesti, & aliæ eidem cog-  
natæ, sunt perpetuæ. Ratio  
est: quod, cum Prætor ho-  
rum delictorum odiosam fre-  
quentiam specialiter his actioni-  
bus perstrinxerit, probabiliter  
neque officii annualitas, neque  
actionum penalium odium  
fuerint considerata.

Resp. 6. Actio Civilis, ex <sup>2295</sup>  
exquisite præatoria juxta tradita-  
tancum extensa, hic pristinam  
idolem retinet. Ratio est: quia  
hic duntaxat qualitas est à Præ-  
tore superaddita, non nova  
actio prodita.

Resp. 7. Actio realis sive Ci- <sup>2296</sup>  
vilis, sive Prætoria (modò non  
sit rescissoria actus de Jure Civili  
validi) tanto tempore exspirat,  
quanto juri in re præscribitur.  
Ratio est: quia actio, jure in  
re extinto, subsistere nequit.

Non tantum actor, volens <sup>2297</sup>  
experiri in Judicio, inspicere  
debet,

debet, an aetio intentanda ad-huc perduret, verum etiam, si haeres sit, utrum haredibus? aut si haredem debitoris convenire velit, num contra haredes detur? Hinc

Queritur 2. Quænam aetiones haredibus, & contra haredes competant? Ad quod

2298 Resp. 1. Aetio, ex contractu, aut quasi profecta, activè in haredes transit. Ratio est: quia haeres, representans personam sui antecessoris, in omne defuncti commodum adeoque jus etiam ad rem succedit.

2299 Resp. 2. Aetio ex contractu, aut quasi, descendens etiam passivè in haredes transmittitur. Ratio est: quia fides à defuncto data etiam ab ejus hærede, persona defuncti representante, est præstanda.

2300 Resp. 3. Aetio ex delicto orta activè in haredes regulariter transit. Ratio constat ex dictis, quia jus etiam ex delicto defuncto quæsum hæredi competit, per consequens ratio non apparet, quare illud haeres persequi nequeat.

2301 Dux: Regulariter, quia falsit conclusio in actione injuria-

rum regulariter, & eidem similibus. Ratio est: quia hæc actiones fundantur in contemptu defuncto illato, qui à mortuo regulariter remissus censetur.

Resp. 4. Aetio poenalis ex vero 2302 delicto ortum trahens regulariter passivè in haredem non transit. Ratio est: quia delicta caput nocentis (qualis est defunctus) non autem innocentis (qualis haeres est) sequuntur.

Dixi: Regulariter: nam si 2303 ad haredem aliquid pervenisset, eo casu, etiam aetio pro rata ad haredem transiret, non quidem, in quantum poenalis, sed quatenus est rei persecutoria. Ratio est: quia sicuti puniri in casu nequit haeres, ita neque lucrum ex delicto defuncti habere potest.

## TITULUS XIII.

### *De exceptionibus.*

Instructo aetore, quæ actione 2304 eidem experiendum sit, modò reus docetur, quæ exceptione actioni per aetorem intentatæ obviam ire possit; quare nunc

recto ordine de exceptionibus  
tractatur.

**2305** Est autem Exceptio *actionis*  
de Jure Civili subsistentis exclusio,  
sive perpetua, sive temporalis.  
Ratio est: quia cum exceptio generali divisione abeat in peremptoriam, & dilatoriam, non omnis exceptio est perpetua actionis exclusio, eo quod dilatoria eandem duntaxat ad tempus excludat, seu suspendat.

**2306** Exceptio juxta præmissa alia  
est dilatoria, alia peremptoria,  
prior est, quæ tantum ad tempus nocet, seu actionem institutam solū aliquando differt & suspendit, v. g. cautionis, posterior, quæ intentionem actoris in perpetuum excludit, v. g. solutionis, acceptilationis, aut similis.

**2307** De dilatoris, declinatoriis,  
& aliis præcipue ad processum  
Judiciarium pertinentibus ad Pandectas remittentes, hic exceptiones singulis actionibus super propositis correspondentes,  
& eodem ordine proponimus.

\* \* \*

## EXCEPTIO

### In rei vindicatione principalis

Est præscriptionis, seu exceptio rem non vitiosam titulo addominum transferendum habili, bona fide, per tempus à lege definitum possessam, ad hoc, ut reus dominus declaretur, & res eidem unicum fructibus, & omni causa relinquatur.

Dixi: Principalis: cum contra hanc actionem eriam alia exceptiones communes, rei iudicatae, jurisjurandi, transactionis, retentionis propter impensas &c. competere possint.

### In confessoria

Est non existentis possessionis, neque dominii prædii dominantis penes actorem. Ratio: quia sine jure in re seu prædio dominante servitus esse nequit.

### In negotioria

Est servitutis constitutæ, non tantum promissæ. Ratio est: quia constitutio operatur *jus in re*,

*re, quod libertatem prædii rea-*  
*liter evertit.*

*In publiciana*

<sup>2312</sup> *1ma:* Justi dominii, quia  
regulariter contra dominum non  
datur. *2da:* Juris æqualis. Ra-  
tio: quia in pari causa melior est  
conditio possidentis.

*In rescissoria*

<sup>2313</sup> Est absentia odio dignæ. Ra-  
tio est: quia Prætor absentes ab-  
sentia, odium promerente, hæc  
actione indignos judicavit.

*In pauliana*

<sup>2314</sup> Est rem bonâ fide, & titulo  
oneroso derineri. Ratio est:  
quia hæc ætio fraudem consilii,  
falsum veluti conditionem sine  
qua non præsupponit.

*In serviana, & quasi, seu*

*Præp: 192 dñi. hypothecaria*

<sup>2315</sup> Est excussionis, quâ tertius  
hypothecæ possessor actionem  
ex hypotheca generali tamdiu  
declinat, donec debitor prin-  
cipalis sit excusus. Ratio est:  
quia regulariter debitor prin-  
cipalis ante minus principalem est  
excutiendus.

*In actione de constituta pecunia*

Est Ordinis, seu priùs excu-<sup>2316</sup>  
tiendum esse debitorem princi-  
palem, si aliena pecunia sit con-  
stituta. Ratio: quia debitum  
principale præcedit accesso-  
rium.

*In actione de peculio*

Est peculii castrensis, vel<sup>2317</sup>  
quasi, aut adventu*ii*. Ratio est:  
quia horum respectu non est  
præsumendus patris quasi con-  
sentus.

*In actione ex Jurejurando*

Juramenti illegitimè præstiti.<sup>2318</sup>  
Ratio: quia religio jurisjurandi  
non consideratur, nisi sit legit-  
imè præsticu*m*.

*In actione de albo corrupto*

Est corruptionis non dolosæ,<sup>2319</sup>  
cum in delictis culpa dolo non  
æquiparetur.

*In actione in factum de in Jus  
vocando*

Est, reum in Jus vocatum<sup>2320</sup>  
esse Judicis authoritate. Ratio:  
quia eo casu tacitè censetur ve-  
nia impertita.

*In actione ex edicto: ne quis in  
Jus vocatum vi eximat*

Ratio: quia eo casu confessio debiti presumitur ex turpi causa emissa.

<sup>2321</sup> Est causæ rationabilis, v.g. metus fugæ. Ratio: quia à dolo quævis causa excusat.

*In actione præjudiciali prima*

<sup>2322</sup> Est possessionem esse titulum manumissionis munitam. Ratio est: quia hâc possessione stante actor contra se habet præsumptionem.

*In actione præjudiciali secunda*

<sup>2323</sup> Est juri patronatū, aut libertinitatis esse renuntiatum, quia quilibet juri suo renuntiare potest.

*In actione præjudiciali tertia*

<sup>2324</sup> Est patrem, aut filium esse ex damnato complexu. Ratio: quia hi statum nullum de Jure merentur.

*In condicione furtiva*

<sup>2325</sup> Est cessantis dominii, vel quasi. Ratio: quia cessante domino, vel quasi, res nequit auctori dari.

*In conductione ex mutuo*

<sup>2326</sup> Est deficientis causæ debendi.

*In condicione ex stipulatu*

Tantum stat in apicibus Ju-<sup>2327</sup>ris Romani, v.g. in non obser-vata verborum figura.

*In actione commodati directa*

Est rem datam esse ad iussum<sup>2328</sup> periculorum v.g. ad bellum. Ratio: quia commodans hoc sibi imputare debet.

*In contraria*

Est rem ob improvissam neces-sitatem repetitam esse. Ratio: quia commodatum sub hac tacita conditione censetur esse celebratum, & hinc commo-dans non tenetur.

*In actione depositi civili directa*

Est concurrentis justioris re-<sup>2329</sup> petitionis. L. 31. ff. depos. v.g. si tertius probato in continenti dominio, aut constito, à depo-nente rem esse ablatam, inter-venerit. Ratio est: quia eo casu res domino est restituenda.

*In depositi civili contraria*

Est damni nequidem ex mini-<sup>2330</sup>

ma negligentia dati. Ratio: quia licet minima negligentia, casus tamē fortuitus à deponente depositario non præstatur.

*In depositi miserabilis*

<sup>2332</sup> Est diffessionis erroneæ. Ratio: quia hæc actio veluti poenalis tantum in dolosa diffessione fundatur.

*In mandati directa*

<sup>2333</sup> Est neque mandantis, neque tertii interesse. Ratio: quia si solius mandatarii intersit, regulariter nudum est consilium, ex quo actio mandati plerūmque non proficiscitur.

*In mandati contraria*

<sup>2334</sup> Est limites mandati esse transgressos. Ratio: quia mandans mandatario non aliter tenetur, quam si hic limites mandati servavit.

*In actione pro socio*

<sup>2335</sup> Est societatis leoninæ, v.g. si lucri & damni inæqualis divisio placuisset. Ratio: quia in prædicta actione bona fides debet exuberare.

*In actione empti*

Est non existentis penès venditorem facultatis rem tradendi. Ratio: quia reus hoc casu defungitur interesse præstando.

*In actione venditi*

Est rei alienæ scienter venditæ. <sup>2337</sup> Ratio: quia eo casu vendor præstare nequit licere habere.

*In actione locati prædii*

Est habitum non fuisse usum <sup>2338</sup> conventum. Ratio: quia mercem oportet usui, aut fructibus esse proportionatam.

*In actione locati operis*

Est penè reum præstationem <sup>2339</sup> operarum, aut consummationem operis non stetisse. Ratio: quia impossibilium nulla est obligatio.

*In actione conducti prædii*

Est conductorem prædio ab <sup>2340</sup> usum esse. Ratio: quia locatio sub illa tacita conditione celebrata censetur.

*In actione conducti operis*

Est opus vitiosum esse ex vi <sup>2341</sup> operarum. Ratio: quia damnum

*Instit. Lib. 4. Tit. 13.*  
num ex vicio operarum descendens locatori operarum imputatur.

- In actione furti manifesti & non manifesti*
- 2342 Est juris in re, aut ad rem. Ratio: quia haec circumstantiae excusat a dolo, ad hanc delicta requisito.

- In actione bonorum raptorum*
- 2343 Est rei, violenter eruptae, in continentia recuperatae. Ratio est: quia in hoc casu dolus, ad hoc delictum necessarius, non est commissus.

- In actione L. Aquilae*
- 2344 Est damni casu fortuito dati. Ratio: quia tale damnum ex delicto datum dici nequit.

- In actione mixta ex testamento*
- 2345 Est disfessionem ex errore emissam esse. Ratio: quia error poenam nullam meretur.

- In actione familie herciscundae*
- 2346 Est auctorem ad collationem teneri. Ratio est: quia haec actio ad aequalitatem cohæredibus conciliandam collimat.

- In actione communi dividundo*
- 2347 Est placiti: ut intra certum

*tempus à communione recedatur.*  
Ratio est: quia fides data regulariter est servanda.

- In actione finium regundorum*
- 2348 Est finium rectorum. Ratio est: quia eo casu cessat actionis nostræ finis.

- In actione servi corrupti*
- 2349 Est consilii aut hortatūs jocosi. Ratio est: quia jocus præsumptionem animi delinquendi excludit.

- In actione condic̄tia de sportulis*
- 2350 Est commissi erroris. Ratio: quia fraus eo casu non præsumitur.

- In conditione ex lege contra executores*

- 2351 Est extraordinarii laboris, aut expensarum. Ratio: quia nullus dolus in casu committitur.

- In actione de calumniatoribus*
- 2352 Est legitimæ retorsionis. Ratio est: quia retorsio est medium licitæ defensionis.

- In actione quod metus causa*
- 2353 Est metus non gravis, aut non incusso in ordine ad actum extor.

torquendum. Ratio: quia si  
m̄lis metus dolum non involvit.

*In actione negotiorum gesto-  
rum directa*

<sup>2354</sup> Est interitūs negotiorum fa-  
talis. Ratio est: quia casum non  
pr̄stat negotiorum gestor.

*In actione negotiorum gesto-  
rum contraria*

<sup>2355</sup> Est gestionis ex pietate, ani-  
mo donandi, aut proprii lucri  
gratiā. Ratio: quia in his cir-  
cumstantiis deficit animus alium  
obligandi, ad hanc actionem  
necessarius.

*In tutelae directa*

<sup>2356</sup> Est interitūs rerum ex minima  
negligentia. Ratio: quia de hac  
negligentia tutor regulariter  
non tenetur.

*In tutelae contraria*

<sup>2357</sup> Est laboris ordinarii. Ratio:  
quia non nisi extraordinarius tu-  
tor est bonificendus.

*In pignoratitia directa*

<sup>2358</sup> Est debiti nondum soluti, aut  
non soluti in solidum. Ratio est:  
quia h̄c actio ante solutionem  
debiti, aut aliam satisfactio-  
nem, non est nata.

*In pignoratitia contraria*

Est rem post pignoris contra-<sup>2359</sup>  
etum vitium contraxisse. Ratio:  
quia de vitio ex post emergente  
debitor non tenetur.

*In actione pr̄scriptis verbis  
in genere*

Est non secuti implementi<sup>2360</sup>  
juxta pr̄scriptum verborum.  
Ratio: quia reus eo casu ad im-  
plementum ex sua parte non  
tenetur.

*In æstimatoria*

Est consensū simpliciter dati,<sup>2361</sup>  
nullius rogatione pr̄cedente,  
ita ut non constet utrū mandatum  
sit, an contractus æsti-  
matorius. Ratio est: quia eo ca-  
su accipientantū prāstat do-  
lum, culpam, & medium ne-  
gligentiam, non autem casum,  
ut in æstimatoria.

*In permutationis aetione*

Est rei alienæ traditæ. Ratio:<sup>2362</sup>  
quia in permutatione res dari  
debet, quod in rem alienam  
non cadit.

*In petitione hereditatis*

Est reum possidere titulo par-<sup>2363</sup>  
ticulari. Ratio est: quia eo casu  
inter partes non est disceptatio,

*In actione testamentaria*

<sup>2364</sup> Est testamenti invalidi, aut infirmati. Ratio: quia eo casu corruunt etiam cætera capitula, nimirum legata aut fideicomissa.

*In condicione indebiti*

<sup>2365</sup> Est soluti per errorem Juris indebiti. Ratio: quia error Juris regulariter conditionem impedit.

*In funeraria*

<sup>2366</sup> Est expensarum immodicarum. Ratio: quia has religio non exigit.

*In actione donati*

<sup>2367</sup> Est proprii usûs necessitas. Ratio: quia sub illa lege donatio censetur esse celebrata.

*In actione de dote p[ro]tendita*

<sup>2368</sup> Est dotis numeratae. Ratio: quia negotio adimplete cessat actio.

*In actione de dote repetenda*

<sup>2369</sup> Est dotis non numeratae, quemadmodum suprà de lit. oblig. explicavi.

*In actione ex stipulatu*

<sup>2370</sup> Est stipulationis inutilis, prout supra de inutil. stipulat. docui.

*In condicione ex fidei jussione*

Est vel excussionis, aut ordinationis, vel divisionis, vel cedendarum actionum, quas exceptiones suprà de fidejussoribus dedi.

*In condicione certi ex solennibus literis*

Est non numeratae pecuniae,<sup>2372</sup> quam vid. suprà de lit. oblig.

*In actione quod iussu*

Est iussus paterni de contrahendo super patrimonio proprio. Ratio: quia eo casu pater ex quaest contractu non tenetur.

*In actione exercitoria*

Est præpositionis alieno nomine factæ, aut non servatorum finium præpositionis. Ratio: quia tantum in contractus, à magistris nostræ negotiationi præpositis celebratos, & juxta præpositionis fines consentire intelligimus.

*In institoria*

Est contractum esse celebratum à subinstitore, aut proprio nomine ab institore. Ratio: quia dominum tabernæ tale negotium non ligat.

*In tributoria*

Est non existentium mercium pecu-

peculiarium, ultra distributas, penes patrem. Ratio: quia haec actio est limitata.

*In actione de in rem verso*

- 2377 Est filiof. aut servo per reum satisfactum esse. Ratio: quia eo casu cessat aequitas prætoria, hujus actionis fundamentum.

*In actione noxali*

- 2378 Est servum à reo non possideri. Ratio: quia noxa sequitur caput.

*In actione quadrupedaria*

- 2379 Est damnum ex alterius instigatione datum esse. Ratio: quia eo casu ex lege Aquilia agendum foret.

TITULUS XIV.

*De replicationibus.*

- 2380 Replicatio est allegatio per actorem contra exceptionem, à reo in judicio obmotam, facta.

TITULUS XV.

*De interdictis.*

- 2381 Interdicta, extraordinariæ actiones, instar actionum sunt,

hinc de his pariter tractandum judicavit Imperator, ut prima de his tyrones haberent eleminta.

Sunt autem interdicta conceptiones verborum, quibus Prætor fieri aliquid aut jubet, aut prohibet, tum maximè, cum de possessione vel quasi inter aliquos contenditur. Ita Harp. b. n. 18.

Interdicta abeunt in interdicta adipiscendæ, quibus possessio nem nondum habitam adipisci, retinendæ, quibus habitam retinere, & recuperandæ, quibus habitam, & amissam, recuperare intendimus.

Interdicta adipiscendæ possessionis quatuor sunt: Quorum bonorum, Quod legatorum, à verbis initialibus edicti Prætorii ita dicta, Salvianum, ab auctore sic appellatum, & ex L. fin. C. de Edict. D. Hadrian. toll, à sede, in qua proditum est.

Interdicta retinendæ possel sionis duo sunt: Ut possidetis, & Utrubi, & recuperandæ unum: Unde vi. Itaque

## PRIMUM INTERDICTUM

Adipiscendæ possessionis: Quorum bonorum &c.

declaretur, & possessio bonorum eidem deoccupetur,

## SECUNDUM INTERDICTUM

Adipiscendæ possessionis: Quod legatorum &c.

**2386** Est remedium Prætorium extraordinarium, quod datur bonorum possessori, seu hæredi prætorio contra illum, qui pro hærede, aut pro possessore possidet, aut dolo desit possidere, ad hoc, ut auctor bonorum possessor declaretur, eidēnque hæreditas unā cum fructibus, & omni causa deoccupetur. Unde

**2387** Habes 1. Auctorem hic esse hæredem prætorium, seu cognatum gradu proximiorem, qui remedio Civili, nimirum petitione hæreditatis, destituitur, reum autem possidentem pro hærede, aut possessore, aut dolo desinentem possidere, de quo supra de petit. hæred. egi.

**2388** Habes 2. Extrema per auctorem alleganda & probanda esse. **1mum:** Auctorem consanguineum esse gradu proximiorem **2dum:** Reum aut pro hærede, aut possessore, aut dolo desuisse possidere.

**2389** Habes 3. Finem seu petitum esse, ut auctor bonorum possessor

**2390** Est remedium Prætoris extraordinarium, quod datur hæredi contra legatarium, qui ante aditam hæreditatem legata propriā auctoritate occupavit, ad hoc, ut hæres rerum legatarum possessor declaretur, & reus possessionem unā cum fructibus & omni causa deoccupet. Ex quibus

Fluit 1. Auctorem esse hæredem scriptum, legatis gravatum, reum vero legatarium, qui propriā auctoritate rem legatam occupavit.

Fluit 2. Extrema per auctorem deducenda & probanda esse, **1mum:** Auctorem hæredem esse, legatis gravatum, **2dum:** Res à legatario propriā auctoritate esse occupatas.

Fluit 3. Finem hujus reme dī esse, ut auctor possessor rerum legatarum declaretur, in ordine ad detrahendam quartam Falcidiam.

TER.

TERTIUM INTER-  
DICTUM

Adipiscendæ possessionis : Sal-  
vianum

<sup>2394</sup> Est Prætoris extraordina-  
rium, quod datur locatori prædii,  
cui res sunt obligatæ, contra con-  
ductorem, ad hoc, ut actor ea-  
rum rerum possessor declaretur,  
& reus condemnetur ad illarum  
deoccupationem. Inde

<sup>2395</sup> Inferendum est 1. Actorem  
esse locatorem prædii, hodie  
saltem, sive rustici (ab usu etiam)  
sive urbani, cui res aut expres-  
sè aut tacitè vinculo pignoris  
sunt innexa; reum esse con-  
torem, saltem illarum rerum  
possessorem.

<sup>2396</sup> Inferendum 2. Extrema per  
actorem alleganda & probanda  
esse **1mum**: Contractum lo-  
cationis conductionis esse cele-  
bratum. **2dum**: Res esse actori  
aut tacito aut expresso pignori.

<sup>2397</sup> Inferendum 3. Finem esse,  
ut actor harum rerum pro se-  
curitate locagii aut pensionis pos-  
sessor declaretur, & reus con-  
demnetur ad hujus possessionis  
deoccupationem.

QUARTUM INTER-  
DICTUM

Adipiscendæ possessionis : Ex  
L. fin. C. de Edict D. Ha-  
drian toll.

Est remedium Civile extraor-<sup>2394</sup>  
dinarium, quod datur hæredi in  
testamento, nullo vitio visibili  
laborante, scripto contra possiden-  
tem pro hærede, aut possessore,  
aut qui dolo desit possidere, ad  
hoc, ut actor possessor declare-  
tur, & reus ad possessionis deoc-  
cupationem constringatur. Inde

Concludo 1. Actorem esse<sup>2395</sup>  
hæredem in testamento, nullo  
visibili vitio laborante, nomina-  
tum, & reum possidentem pro  
hærede &c.

Concludo 2. Extrema esse<sup>2296</sup>  
**1mum**: Ut producatur testa-  
mentum originale, nullo vitio  
substantiali externo infectum.  
**2dum**: Reum possidere pro hæ-  
rede aut possessore &c.

Concludo 3. Finem esse, ut<sup>2397</sup>  
actor possessor hæreditatis decla-  
retur, & reus ad possessionem  
deoccupandam condemnetur.

## PRIMUM INTERDICTUM

Retinendæ possessionis: *Uti possidetis &c.*

<sup>2398</sup> Est *remedium Prætoris extraordinarium*, quod datur *possessori rei corporalis immobilis contra turbatorem*, ad hoc, ut *actor possessionem retineat*, & *reus à turbatione desistat*.

## SECUNDUM INTERDICTUM

Retinendæ possessionis: *Utrum bi &c,*

<sup>2399</sup> Est *remedium Prætoris extraordinarium*, quod datur *rei mobilis possessori contra turbatorem &c.* Unde

<sup>2400</sup> Patet 1. *Actorem in his interdictis esse possesorem, & reum turbatorem.*

<sup>2401</sup> Patet 2. *Extrema esse imum: Ut ex parte actoris allegetur & probetur possessio, 2dum: ex parte rei turbatio.*

<sup>2402</sup> Patet 3. *Finem esse, ut actor in possessione manuteneatur, & reo turbatio inhibeatur.*

<sup>2403</sup> Patet 4. *Hæc interdicta tantum in rei mo- & immobilis possessione differo.*

Unicum recuperandæ possessionis interdictum: *Unde vi*

Est *remedium Prætoris extraordinarium*, quod datur è possessione rei immobilis violenter dejecto, contra deficientem, ad hoc, ut actor *possessor declaretur*, & *reus ad possessionem restituendam condemnetur.*

Dixi: è possessione rei immobilis; nam, sic cui possesso rei mobilis sit ablata, agitur interdicto ex Can. redintegranda 3. Caus. 3. q. 1. Unde

Deducitur 1. *Actorem in his interdictis esse possesorem violenter dejectum, aut spoliatum & reum, qui cum violentia dejectit vel spoliavit.*

Deducitur 2. *Extremum per actorem allegandum & probandum esse unicum, nim. violentam dejectionem aut spoliationem.*

Deducitur 3. *Finem horum interdictorum esse possessionis violenter ablatae aut rei spoliatae restitutionem.*

\* \* \*

APPEN.

**APPENDIX.**

*De exceptionibus, interdictis hactenus expositis, opponibilibus.*

Exceptio in interdicto : *Quorum honorum &c.*

<sup>2409</sup> Est possessionis titulo singulari habitæ. Ratio est : quia hoc casu inter actorem & reum nulla foret controversia, in quo tamen stat omne judicium,

In interdicto : *Quod legatorum &c.*

<sup>2410</sup> Est cessantis quartæ Falcidiae, aut interesse. Ratio : quia deficiente fine interdicti, & interdictum cessare necesse est.

In interdicto : *Salviano*

<sup>2411</sup> Est rerum in prædium rusticum illatarum non oppignoratarum. Ratio est : quia oppignoratio aut tacita aut expressa est actionis hujus fundatum.

In interdicto : *Ex L. fin. C. de Edict. D. Hadrian. toll.*

<sup>2412</sup> Est testamenti, nullo vitio visibili laborantis, posterioris. Ratio : quia tale etiam quoad possessorium derogat priori,

In interdictis retinenda possessionis : *Uti possidetis, &c.  
Utrubi*

Est possessionis vitiosæ v. g. <sup>2413</sup> quod res à reo possideri nequeat. Ratio : quia tali casu non est possessio manutenibilis.

In interdicto : *Unde vi &c.*

Est defensæ possessionis. Ratio <sup>2414</sup> est : quia dejectus non censetur, qui alterius possessionem aggressus est. Ubi tamen

Notandum est : Has exceptiones, ubi prædicta summaria judicia suspendi volunt, in continent probandas esse, quia parum foret, haec celeris expeditiæ remedia à Prætore prodita fuisse, si exceptionibus aliorum indaginem requirentibus possent differri.

**T I T U L U S XVI.**

*De pœna temerè litigantium.*

Proponit hic Imp. poenas seu <sup>2416</sup> coercitiones temerè litigantium. Prima est juramentum calumniæ, seu credulitatis de bona & justa causa.

2da est poena dupli contra <sup>2417</sup> men-

422

*Instit.* Lib. 4. Tit. 16. § 17.

mendaces in L. Aquilia, in re-  
lictis ad pias causas, & deposito  
miserabili, quæ in condemnatione  
in expensas judiciales est  
immutata.

2418 *Itia est poena infamiae in qui-  
busdam causis, quæ hodie re-  
gulariter est arbitraria.*

cumbunt, puta: *judicare secun-  
dum acta & actitata.*

Officium judicis duplex est: 2420  
aliud nobile, quod judex *Judicis au-  
citoritate, nullâ actione propositâ  
exercet*, quo veniunt fructus  
& accessiones in rei vindicatio-  
ne.... aliud *mercenarium*, quod  
*actioni propositæ inhæret*, &  
*ancillatur*, ut declaratio domi-  
ni in eadem rei vindicatione.

Hodie cum in foro officium 2421  
Judicis nobile semper soleat  
implorari, hanc distinctionem  
ulterius non deduco, & remitto  
titulo ultimo de publicis Judi-  
ciis ad Jus Criminale; Com-  
pendium concludo.

## TITULUS XVII.

*De officio Judicis.*

2419 *Denique instructis partibus  
litigantibus judex instruitur, &  
officii commonetur; Est autem  
Judicis Officium *jus faciendi ea,  
quæ judici ut judici facienda in-**

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

